B I B L I O T H E C A
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
T E V B N E R I A N A

KAROLELLVS

ATQVE PSEVDO-TVRPINI HISTORIA KAROLI MAGNI ET ROTHOLANDI

EDIDIT

PAUL GERHARD SCHMIDT



STVTGARDIAE ET LIPSIAE
IN AEDIBVS B.G.TEVBNERI MCMXCVI

Gedruckt mit Unterstützung der Förderungs-
und Beihilfefonds Wissenschaft der VG WORT GmbH,
Goethestraße 49, 803336 München

Die Deutsche Bibliothek — CIP-Einheitsaufnahme

Karolellus atque Pseudo-Turpini Historia Karoli Magni et Rotholandi /
ed. Paul Gerhard Schmidt. —
Stutgardiae ; Lipsiae : Teubner, 1996
(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana)
Enth.: Karolellus. Historia Karoli Magni et Rotholandi
ISBN 3-519-01952-3
NE: Schmidt, Paul Gerhard [Hrsg.]; Turpinus (Remensis):
Pseudo-Turpini Historia Karoli Magni et Rotholandi: Karolellus

Printed in Germany
Satz: DW & ID Repro- und Satzzentrum GmbH
Druck und Buchbinderei: Druckhaus „Thomas Müntzer" GmbH, Bad Langensalza

PRAEFATIO

Karoli Magni gloriam cum omni media q. d. aetate tum saeculis XII^{mo} et XIII^{mo} ineunte multi celebraverunt auctores et versibus et oratione soluta. Qui antequam anno 1165 adgregatus est in numerum sanctorum caelestium, in caelum elatus est libro quodam, cui index est "Historia Karoli Magni et Rotholandi". Laudi ibi magnae ei datur, quod Iacobo apostolo venerationem tribuerit piam, urbes Hispanienses expugnaverit haud paucas, ecclesias condiderit permultas, dux belli contra gentiles gerendi extiterit primarius. Hunc librum cum Turpinus, Karolo aequalis, archiepiscopus Remensis, confecisse fingatur, tamen opus prima parte saeculi XII^{mi} compositum esse liquet, quia plenum est rerum, quae sunt propriae eius temporis, cum crucesignati ad Hierosolyma liberanda proficiscebantur. Narrantur enim pugnae contra gentiles pugnatae, disputationes de fide Christiana susceptae, inducitur Rotholandus fraude Ganalonis moriens ut martyr, promittuntur paradisi praemia Christianis mortem in proeliis contra gentes occubituris. E numero locorum praeter Compostellam, qua nulla civitas sanctum Iacobum maiore veneratione coluit, praecellunt Aquisgranum et Ecclesia sancti Dionysii; huic praecipuum ac singulare ius detulerat Karolus, illud conditum ornamentis large exornaverat. Textus "Historiae Karoli Magni et Rotholandi" ducentis fere libris manuscriptis nobis traditus est, qui hoc multum differunt, quod aliis in codicibus capitula quaedam desunt, adsunt additamenta aliis in libris. Quae

cum ita essent, contigit, ut viri docti libros manuscriptos in certas quasdam classes distribuerent summatim, edideruntque alius aliam classem paucis saepe codicibus usi, diversi et scientia et diligentia. C. Meredith-Jones anno 1936 emisit classem q. d. A; A. Hämel anno 1965 typis conficiendum curavit codicem Calixtinum, qui est classis B testis optimus; H. W. Klein anno 1986 editionem publicavit classe HA Aquensi fultus; ipse nunc foras do "Historiam Karoli" usus codice Londiniensi, i. e. Harleiano 6358 (= H), quod optimum est exemplar classis q. d. C. Codex H, quem H. L. D. Ward descripsit in opere "Catalogue of Romances in the Department of Manuscripts in the British Museum (London 1883, 1, 561 sq.), foliis 2^{r}–58^{v} continet Galfredi Monemuthensis Historiam Regum Britanniae, foliis 60^{r}–83^{r} Pseudo-Turpini "Historiam Karoli Magni et Rotholandi" saeculo XIII^{mo} ineunte diligentissime transscriptam. Hunc textum, cum nullis fere mendis inquinaretur, nisi quod nomina propria erant corrupta, verborum pars extrema deformata, perpauca mutans typis conficiendum curavi. Quod cum feci, maxime id spectavi, ut exemplar praestans classis C anno fere 1200 conscriptum praesto esset viris doctis; levioris esse momenti putavi, quod non ex ipso codice H fluxit, quae praeter "Historiam Karoli" soluta oratione tractatam exstat forma poetica:

Circiter annum, ut opinor, 1200 nescioquis "Historiam Karoli" versibus persecutus est; carmini indicem "Karolelli" esse ultimo versu (7,117) ipse prodit. Sed poema tunc paucorum adprobationem movisse verisimile est, cum "Karolelli" nulli nisi duo libri manuscripti adhuc noti sint. Ambo duabus iam exstantibus editionibus adhibui ad textum recensendum primus:

L Codex L, Londiniensis, BL, Royal 13 A. XVIII, saeculo XIV^{mo} scriptus, descriptus a Ward in litteris, quas supra

commemoravi, continet praeter Alani ab Insulis Librum de planctu Naturae aliquot Francogallorum historias Britannorumque. "Karolellus" folia 136^r–149^v occupat.

P Codex P Parisinus, Bibl. Nat. lat. 3718, tribus ex partibus conglutinatus, fusius descriptus ab E. Faral (Romania 46, 1920, 231–270) et in "Catalogue général des manuscrits latins de la Bibliothèque Nationale" (Paris 1975, 6, 573–578). Folia 48^v–80^r "Karolellum" continent, inscripta sunt saeculo XIII^{mo}.

Ed. Editio princeps Pictavi a Bouyer et Bouchet publicata est saeculo XV^{mo}, ut videtur, exeunte (cf. M. Pellechet, Catalogue général des Incunables des Bibliothèques Publiques de France, Paris 1905, 2, 375 sq.). Haud mihi contigit, ut ulla vestigia reperirem 'prioris' cuiusdam 'impressionis', de qua mentionem faciunt Bouyer et Bouchet.

Quos ad editionem principem constituendam codicem adhibuisse apparet multis locis cum P consentientem.

Me. Anno 1855 Theodorus Merzdorf fundamento usus editione principe iterum foras dedit "Karolellum": Karolellus. Beitrag zum Karlssagenkreis. Aus dem einzigen Pariser Drucke herausgegeben. Oldenburg 1855. Quamquam codicem L exstare non ignorabat, tamen typis iterare satis habuit textum editionis principis, quam, cum nullum indicium prae se ferret neque quando neque ubi orta esset, anno fere 1500 Parisiis ex officina typographi prodisse opinabatur. Textum autem eius multo mendosiorem esse editione principe iam animadvertit Gaston Paris et tale protulit iudicium in dissertatione, quam inscripsit "De Pseudo-Turpino" (Paris 1865, p. 66): "Multis mendis ... purgare potuisset". Tum, allatis versibus 6, 255–59 verborum ordine et forma Merzdorfiana, "Haec certe", inquit, "non intellegi possunt". Ex quo efficitur haud sine illius opera accidisse et culpa, ut carmen "Karolelli" ortum, ni fallor, in Francogallia anno fere 1200, editum, ut videtur,

invita Minerva in Germania anno 1855, paene in oblivionem adduceretur.

Quomodo textus sit constituendus, quando quo loco fictum sit poema, quisnam fuerit auctor, uberius et fusius disputabo in volumine tertio Filologiae Mediolatinae proditurо anno 1996.

Grato interim animo commemorem, quanta comitate, qui societati B. G. Teubner praesunt, me cohortati sint, ut alterum opus mediaevale sua in serie librorum ederem; quanta diligentia Dr. Elisabeth Stein Friburgensis et Dr. Rolf Heine Gottingensis me in opusculo conficiendo adiuverint.

Datum Friburgae die transl. Karoli 1995 P. G. S.

CONSPECTVS SIGLORVM

H London, British Library, Harley 6358, s. XIII$^{in.}$, f. 60^{r}–83^{r} (Historia Karoli Magni et Rotholandi)

L London, British Library, Royal 13 A. XVIII, s. XIV, f. 136^{r}–146^{v} (Karolellus)

P Paris, Bibliothèque Nationale lat. 3718, S. XIII, f. 48^{v}–80^{r} (Karolellus)

Ed. Gesta Karoli magni Francorum regis, s. l., s. a. (London, British Library, I. A. 42838.) p. 48^{v}: Karoli magni francorum regis semper invicti inclita gesta describens opus egregium opera Magistrorum Joannis Boveri et Guillermi bouchet, accuratissime castigatum et amendis (!) scriptorum priorisque impressionis vigili cum diligentia relevatum. Finit feliciter

Me. Karolellus. Beitrag zum Karlssagenkreis. Aus dem einzigen Pariser Drucke herausgegeben von Dr. Merzdorf, Grossherzogl. Oldenburgischem Bibliothekare. Oldenburg 1855

CONSPECTVS LIBRORVM

I.

Codex Quartus sancti Jacobi de expedimento et conversione Yspanie et Gallecie editus a beato Turpino archiepiscopo, ed. Ward Thoron, s. l. 1934

Historia Karoli Magni et Rotholandi ou Chronique du Pseudo-Turpin. Textes revus et publiés d'après 49 manuscrits, ed. C. Meredith-Jones, Paris 1936 (Reprint Genève 1972)

The Pseudo-Turpin, edited from Bibliothèque Nationale, Fonds Latin, MS 17656, with an Annotated Synopsis, by H. M. Smyser. The Mediaeval Academy of America, Publ. 30, Cambridge Mass. 1937

Der Pseudo-Turpin von Compostela, ed. A. Hämel. Aus dem Nachlaß herausgegeben von A. de Mandach. Sitzungsberichte der Bayer. Akademie d. Wissenschaften, Phil.-hist. Klasse 1965, Heft 1, München 1965

Die Chronik von Karl dem Großen und Roland. Der lateinische Pseudo-Turpin in den Handschriften aus Aachen und Andernach, ediert, kommentiert und übersetzt von Hans-Wilhelm Klein. Beiträge zur romanischen Philologie des Mittelalters 13, München 1986

II.

Braet, H., Le Songe dans la Chanson de Geste au XII[e] Siècle. Romanica Gandensia 15, Gent 1975

Braunfels, W., Karl der Große. Lebenswerk und Nachleben. 4: Nachleben, Düsseldorf 1967

E. Faral, Notice sur le manuscrit latin de la Bibliothèque nationale n° 3717, in: Romania 46, 1920, 231–270

Folz, R., Études sur le Culte liturgique de Charlemagne dans les églises de l'Empire. Publications de la Faculté des Lettres de l'Université de Strasbourg 115, Paris 1951

Hämel, A., Überlieferung und Bedeutung des Liber Sancti Jacobi und des Pseudo-Turpin. Sitzungsberichte der Bayer. Akademie d. Wissenschaften, Phil.-hist. Klasse 1950, München 1950

Hämel, A., Die Entstehungszeit der Aachener Vita Karoli Magni und der Pseudo-Turpin, in: Quellen und Forschungen aus italienischen Archiven und Bibliotheken 32, 1942, 243–253

Hämel, A., Die Rolandlegende des Pseudo-Turpin, in: Estudios Hispánicos. Homenaje a Archer M. Huntington, Wellesley (Mass.) 1952, 219–228

Herbers, K., Politik und Heiligenverehrung auf der Iberischen Halbinsel. Die Entwicklung des "politischen Jakobus", in: Petersohn, J. (Hg.), Politik und Heiligenverehrung im Hochmittelalter. Vorträge und Forschungen 42, Sigmaringen 1994

Herbers, K., Der Jakobuskult des 12. Jahrhunderts und der "Liber Sancti Jacobi". Historische Forschungen 7, Wiesbaden 1984

Lambrech, R., Charlemagne after the Middle Ages: Forgotten Hero or Propaganda Image?, in: Studi Medievali 3ª serie, 34, 1993, 325–340

de Mandach, A., Naissance et développement de la chanson de geste en Europe, 1: La Geste de Charlemagne et de Roland. Publications romanes et françaises 69, Genf/Paris 1961

Petersohn, J. (Hg.), Politik und Heiligenverehrung im Hochmittelalter. Vorträge und Forschungen 42, Sigmaringen 1994

Rauschen, G., Die Legende Karls des Großen im 11. und 12. Jahrhundert. Publikationen der Gesellschaft für Rheinische Geschichtskunde 7, Leipzig 1890

Rehnitz, R., Die Grandes Chroniques de France und der Pseudoturpin. Diss. phil. Würzburg, Würzburg-Aumühle 1940

Spiegel, G. M., The Chronicle Tradition of Saint-Denis. Medieval Classics: Texts and Studies 10, Brookline (Mass.)/Leiden 1978

KAROLELLVS

LIBER PRIMUS

Versibus exametris insignia gesta virorum
Metrificare libet, celeberrima corpora quorum
Christus in Hyspanis occumbere pertulit horis,
Quos illustravit divini fervor amoris.
5 Set quia me reprimit operis sublime gravamen.
Implorare tuum compellor, Christe, iuvamen.
Mellifluam michi confer opem, promptoque favore
Perfice, quod complere tuo delector amore.

I 4 divini fervor amoris Beda Hymn. 2 c. 613 D

Historia Turpini Remensis archiepiscopi L,
Liber primus Karoli incipit Ed

I 2 *om.* P | pandere proposui validissima corpora quorum *in marg.* P[3], scribere proposui validissima corpora quorum Ed || **3** Hyspaniis P || **6** compellere L

Epistola Turpini

Turpinus, Dei gracia archiepiscopus Remensis ac sedulus Karoli magni imperatoris consocius, Leoprando decano Aquisgranensi salutem in Domino. Quoniam nuper mandastis michi apud Viennam cicatricibus vulnerum aliquantulum egrotanti, ut vobis scriberem, qualiter impera- 5 tor noster formosissimus Karolus magnus tellurem Hispanicam et Galecianam a potestate Sarracenorum liberavit, mirorum gestorum apices eiusque laudanda super Hispanicos Sarracenos trophea, que propriis oculis intuitus sum, quatuordecim annis perambulans Hispaniam et 10 Galeciam una cum eo et exercitibus suis, pro certo scribere vestreque fraternitati mittere non ambigo. Etenim magnalia devulgata, que rex in Hispania gessit, in sancti Dionisii cronica regali, ut michi scripsistis, repperire plenarie auctoritas vestra nequivit. Igitur auctorem illius, aut 15 pro tantorum actuum scriptura prolixa aut quia idem absens ab Hispania ea ignoravit, intencio vestra intelligat minime in ea ad plenum scripsisse et tamen nusquam volumen istud ab ea discordasse; vivas et valeas et Deo placeas. Amen. 20

3 Quisgranensi H || **8** miror H || **16** auctuum H

Capitula

12 milibus H || **19** morti H

PSEVDO-TVRPINVS

Cap. I

Gloriosissimus namque apostolus Christi Iacobus aliis apostolis et dominicis discipulis diversa cosmi climata adeuntibus, ut fertur, primitus Galeciam predicavit; deinde eius assecle, apostolico corpore ab Herode rege perempto, scilicet ab Ierosolimis usque ad Galeciam per mare translato, eandem Galeciam predicaverunt. Peccatis suis exigentibus fidem postponentes usque ad Karoli magni, imperatoris Gallorum, Romanorum et Teutonicorum ceterarumque gencium, tempus perfidi retro abierunt. Hic vero Karolus postquam multis laboribus per climata multa orbis diversa regna, Angliam scilicet, Galliam, Theuthonicam, Baioriam, Lotha(61^{r})ringiam, Burgun-

1 4 assecle] a sede H ‖ **9** ceterumque H

KAROLELLVS

Cum dominus Christus devicta morte revixit,
10 Sanctis discipulis hoc inter cetera dixit:
"Cuncta resurgenti michi sunt subiecta; set ite
Et cunctis populis apponite fercula vite.
En ego vos mitto per climata quatuor orbis,
Detis ut humanis medicamina congrua morbis,
15 Egris sanatis leprosos mundificate,
Surdis purgatis defunctos vivificate.
Obsessos a demonibus curate fugatis,
Munera, que gratis impendo, rependite gratis".
Statim discipuli Domini mandata replentes
20 Ad convertendas studuerunt pergere gentes.
Quilibet illorum, quo debeat ire, docetur:
Iacobus ad Galatas Hyspanos ire iubetur.
Quos postquam fidei potavit nectare sacro,
Ipsos Christicolas fecit mediante lavacro.
25 Tandem Iherusalem rediens truncatus obivit
Herodis regis gladio celumque petivit.
Huius apostolici comites fideique ministri
Ad Galatas corpus deportavere magistri.
Nam ratis auxilio vecti, fluctusque profundos
30 Hac rate sulcantes, ventos habuere secundos.
Qui sacrum digno tumularunt corpus honore
Et populum fidei confirmavere vigore.

12 fercula vitae Alcuin. Carm. 104,4, p. 331 || **30** ventosque secundos Ov. Ep. 16,23

27 ministr Ed

diam, Ytaliam, Britanniam ceterasque regiones innumerasque urbes a mari usque ad mare divinis subsidiis munitus invincibili brachio potencie sue adquisivit et a 15
Sarracenorum manibus abstulit christianoque imperio subiugavit, gravi labore ac tanto sudore fatigatus, ne amplius bellum iniret, et ut requiem sibi daret, proposuit. Statim intuitus est in celo quandam viam stellarum incipientem a mari Frisie et tendentem inter Theuthonicam 20
et Ytaliam, inter Galliam et Aquitanniam, rectissime transeuntem per Gasgoniam, Blascamque et Navarram et Hispaniam usque ad Galeciam, qua beati Iacobi corpus tunc temporis latebat incognitum. Quam viam cum Karolus per singulas noctes perspiceret, cepit sepissime preme- 25
ditari, quid significaret. Cui hec summo studio cogitanti heros quidam optimam ac pulcherrimam ultra, quam dici fas est, speciem habens nocte in extasi apparuit dicens:

18 dare H

Set miser hic populus, perverso dogmate lusus,
Virtutem fidei sceleratos vertit in usus.
35 Namque fidem rectam renuens, errore nephando
Erravit, falsis simulacris thura litando,
Atque sue tenuit perverse dogmata legis
Ad Karoli magni Francorum tempora regis.
Qui rex egregius celesti numine fultus,
40 Postquam sustinuit tot prelia totque tumultus,
Et postquam Christo bello mediante subegit
Innumeros populos, et ei servire coegit,
Ipsorumque deos et eorum numina fregit.
Hec predicta Dei postquam virtute peregit,
45 Ducere decrevit vitam post bella quietam,
Atque fatigatam voluit recreare senectam.
Nec mirum, quoniam post tanta pericula tritus,
Optabat placidum tandem contingere litus.
Dumque revolveret hec, Dominus mirabile signum
50 Declaravit ei, cunctis clarescere dignum.
Set si sollicita queris cognoscere cura,
Quod fuit hoc signum, dicam, quia sidera plura
In medio celi pariter coniuncta profecto
Vidit apud Galatas tendentia limite recto,
55 Que tumulum magno circumfulsere nitore,
Quo sacrum corpus modico recubabat honore.
Nam miseri Galate, seducti dogmate vano,
Tunc venerabantur ritu simulacra prophano.

37 divinae dogmata legis Alcuin. Carm. 62,8, p. 275 || **44** virtute peregit Sedul. Carm. pasch. 1,293, p. 37 || **54** limite callida recto Ov. Met. 7,782

39 munere P || **50** demonstravit PEd | eis Ed || **55** magnum Ed || **56** medio Ed | recubebat Ed

"Quid agis, fili mi?" At ille inquit: "Quis es, domine?"
"Ego sum," ait "Iacobus apostolus, Christi alumpnus, fi- 30
lius Zebedei, frater Iohannis Evangeliste, quem Dominus
supra mare Galilee ad predicandum populos sua ineffa-
bili gracia eligere dignatus est, quem Herodes gladio per-
emit, cuius corpus in Galecia, que a Sarracenis adhuc
turpiter opprimitur, incognitum requiescit. Unde ultra 35
modum miror, cur terram meam a Sarracenis minime li-
berasti, qui tot urbes tantasque regiones acquisisti. Qua-
propter tibi notifico, quia sicut Dominus potenciorem
omnium regum terrenorum te fecit, sic ad preparandum
iter meum et liberandam tellurem meam a manibus Mo- 40
abitarum te inter omnes, ut tibi coronam eterne retribu-
cionis exinde preparares, elegit. Via stellarum, quam in

35 optimitur H || **42** prepararer H | que H

Et quoniam fidei non sacramenta tenebant,
60 Hinc quasi pro nichilo sacratum corpus habebant.
Postquam rex signum perspexit tale frequenter,
Pectoris archano cepit replicare latenter,
Quid portenderet hoc. Media cui nocte iacenti
Iacobus adsistens, indutus veste nitenti,
65 Dixit: "Quid replicas? O rex venerabilis, audi,
Postpositaque mora divine consule laudi.
Ne trepidare velis, omnem depone timorem,
Ne dubites modicum pro Christo ferre laborem."
Cui rex respondit dicens: "Vir sancte, quis es tu,
70 Qui me replesti tanto divinitus estu?
Nam tua visio me dulci saciavit odore,
Meque salutifero fidei calefecit amore.
Si tuus adventus divinum poscit honorem,
Pro domino Christo paciar quemcumque laborem."
75 At vir sanctus ei querenti talia, blande
Respondit dicens: "Intellige, rex venerande,
Christi discipulus fraterque Ioannis ego sum,
Iacobus, a Domino missus. Tibi dedecorosum
Esse potest, dicoque tibi non absque pudore,
80 Quod iaceo vilis, omni privatus honore.
Namque meum corpus cesum pro nomine Christi
A Sarracenis tractatur viliter. Isti

63 media de nocte Hor. Epist. 1,7,88 || **68** ferre labores Verg. Aen. 12,635 || **73** poscebat honorem Verg. Aen. 6,589 || **76** rex venerande Alcuin. Carm. 71,2,6, p. 294; cf. 6,18 || **81** pro nomine Christi Ven. Fort. App. 2,39, p. 276; cf. 3,141

59 nondum Ed || **63** cui media Ed || **68** nec L || **71** non Ed || **74** Christo domino Ed || **76** rem PEd || **77** frater Ed

celo vidisti, hoc significat, quod tu cum magno exercitu ad expugnandam gentem paganorum perfidam et liberandum iter meum et tellurem et ad visitandam basilicam et 45 sarcofagum meum ab his horis usque ad Galeciam iturus es, et post te omnes populi a mari usque ad mare peregrinantes veniam delictorum suorum a Domino impetrantes illuc ituri sunt, *narrantes laudes Domini et virtutes eius et mirabilia eius, que fecit.* (Ps. 77,4) A tempore vero vite tue 50 usque ad finem presentis seculi ibunt. Nunc autem perge, quam cicius poteris, quia ego ero auxiliator tuus in omnibus. Et propter labores tuos impetrabo tibi coronam a Domino in celestibus, et usque ad novissimum diem erit nomen tuum in laude." Taliter beatus apostolus tribus 55 vicibus Karolo apparuit. His auditis Karolus apostolica

47 es] ens H | a mare H | peregrinaciones H

Nec me cognoscunt, nec Christi nomen honorant,
Sed Iovis et Martis simulacra colunt et adorant.
85 Unde satis miror, quod tu, pro cuius amore
Tanta Deus fecit, quem tanto Christus honore
Extulit in terris, et cui tot regna subegit,
Que servire tibi virtus divina coegit,
Nondum disponis post tot tibi bella peracta,
90 Qualiter esse queat Christo Navarra subacta.
Unde resume tuas vires, nolique morari,
Namque Sarraceni per te debent superari.
Te Deus elegit pre cunctis regibus; ito,
Propositumque Dei facto celeri stabilito.
95 Nam tibi turpe potest, cunctisque fidelibus esse,
Quod Christo renuit Hispanica terra subesse.
Hostibus expulsis et ab illa parte fugatis
Et sacramentis ibi divinis celebratis
Ad me credentes concurrent undique gentes,
100 A Christo veniam propter peccata petentes.
Cum compleveris hec, a Christo teste fideli
Martyr percipies felicia gaudia celi
Atque tuum nomen delebit nulla vetustas,
Immo merebitur hinc laudes acquirere iustas.
105 Sollicitum depone metum! Tutissimus esto,
Nam tuus adiutor ego semper ero tibi presto.
Sidera visa prius tibi seque tenentia secum,
Sunt populi, quos tu duces ad prelia tecum.

93 te deus elegit Deut. 7.6 || **102** gaudia caeli Alcuin. Carm. 95,17, p. 321

83 me non cognoscunt Ed || **84** similia L, simulacra L[2] || **96** Hyspana L || **98** atque Ed || **104** dignas P, iustas P[2] || **105** meum L || **106** ero semper ego Ed || **107** prius: poli Ed

promissione fretus coadunatis sibi exercitibus multis ad expugnandas gentes perfidas Hispaniam ingressus est. (61v)

Cap. II

Prima urbs, quam obsedicione circuivit, Pampilonia extitit, et sedit circa eam tribus mensibus et nequivit eam capere, quia muris inexpugnabilibus munitissima erat. Tunc Karolus fecit precem Domino dicens: "Domine Ihesu Christe, pro cuius fide in has horas ad expugnan- 5 dam gentem perfidam veni, da michi hanc urbem capere ad honorem nominis tui. O beate Iacobe, si verum est, quod apparuisti michi, da michi capere illam." Tunc Deo donante et beato Iacobo orante muri collapsi funditus ce-

57 fretus] et H | multos H || 58 pugnandos H

Qui populi contra paganos arma movebunt
110 Et tibi ductori concordi mente favebunt."
Hiis sanctis monitis postquam regem stabilivit,
Iacobus ad celum cum magna luce redivit.
At Karolus, certus de promissis sibi donis,
Expugnare parat Hyspanos more leonis.
115 Qui secum multam ducens equitum legionem,
Mox apud Hyspaniam convertit iter regionem.

De muris Pampilone sola Dei
virtute lapsis

At Karolus dum carpit iter, bellumque minatur,
Urbem vallavit, que Pampilona vocatur.
Quam tribus obsessam dum debellare nequisset
120 Mensibus, et victus animo iam pene fuisset,
Nam validi muri prohibebant hanc superari,
Christum devota sic cepit mente precari,
Dicens: "Christe Ihesu, specialis gratia cuius
Me gentem patrie convertere compulit huius,
125 Cuius amore tuli tot prelia, totque labores,
Te relevante meos totiens et ubique dolores,
Te precor, ut tua nunc virtus validissima muros
Obruat hos, numquam virtute mea ruituros;

109 arma movebis Ov. Ars 1,191 || **114** more leonis Ov. Met. 14,207; cf. 2,183; 6,146 || **117** bella minatur Ov. Met. 13,662 || **122** mente precari Hraban. Carm. 12,12, p. 175

111 hic L || **116** Hyspanos P || **117** et L || **118** Panpiliona L, Panpilonna Ed || **120** ia P || **124** patrie *om.* L, *add. in marg.* L[2] || **128** virtute mea numquam Ed

ciderunt. Sarracenos vero, qui baptizari voluerunt, ad vi- 10
tam reservavit, et qui renuerunt, gladio trucidavit. Hiis
auditis mirabilibus Sarraceni Karolo ubicumque pergenti
se inclinabant et mittebant ei obviam tributum et redde-
bant ei urbes, et facta est tota terra illi sub tributo. Mira-
batur gens Sarracenica, cum videbat gentem Gallicam, 15
optimam scilicet ac bene indutam et facie elegantem, et
honorifice pacificeque recipiebant eos armis eciam reiec-
tis. Inde visitato sarcophago beati Iacobi venit ad Petro-
num et infixit in mari lanceam agens Deo et sancto Ia-
cobo gracias, qui eum illuc usque duxit, dicens quia 20
inantea ire non poterat. Galecianos vero, qui post beati
Iacobi predicacionem discipulorumque eius ad perfidias
paganorum conversi erant, baptismatis gracia per manus
Turpini archiepiscopi regeneravit, illos scilicet, qui volue-

2 24 regeneravit] reget veraum H

Tuque meis precibus, o Iacobe sancte, faveto,
130 Ac dominum Christum super hoc orare studeto."
Mox prece finita Christi virtute ruerunt
Menia lapsa, quibus lapsis porte patuerunt.
Tunc Sarracenos, qui converti voluerunt,
Rex salvavit; eos occidit, qui renuerunt.
135 At populi multi miracula tanta videntes,
Ydola spernentes penitus Christumque fatentes,
Se converterunt, vel propter regis amorem,
Vel quia nolebant mortis tolerare dolorem.
Qui positis armis et firma pace statuta
140 Urbes reddebant, solventes sponte tributa.
Et quia Francigenas preclara veste videbant
Indutos, gaudenter eos hinc suscipiebant.
Hiis ita transactis votum complere sitivit
Rex Karolus; quod sic complevit, namque petivit
145 Sanctum sarcophagum, quo creditur esse beatum
Corpus apostolicum virtute Dei tumulatum,
Petronumque petens, hasta propria maris undas
Percussit, Dominoque preces effundere mundas
Curavit, dicens: "O Christe redemptor, adire
150 Hec loca sum iussus, teneor non longius ire.
Nam tua iussa tuo studui complere favore,
Que me perdocuit sacrato Iacobus ore."
Tunc Turpinus eos sacro baptismate lavit,
Quos timor ad Christum vel amor fidei revocavit;

137 regis amore Ven. Fort. Carm. 10,18,7, p. 251 || **150** ut longius iret Ven. Fort. Carm. 6,5,131, p. 135

130 ad Ed | hec PEd || **131** fuerunt Ed || **136** sternentes Ed || **142** gaudent L | hic L || **145** sacrophagum L | quod P || **149** Christe *om.* L || **151** studui: teneor PEd || **154** fidei: Christi Ed

runt converti, qui nondum baptizati erant. Illos vero, qui 25
fidem recipere noluerunt, aut gladio trucidavit, aut sub
Christianorum imperio captivavit. Deinde ivit per totam
Yspaniam a mari usque ad mare.

Cap. III

Urbes et maiores ville, quas tunc adquisivit in Galecia,
ita vulgo dicuntur: Visunia, Lamecum, Dumia, Colimbria, Lucum, Aureinnas, Yria, Tuda, Mindonia, Brachera
metropolis, civitas sancte Marie, Wimarana, Cruina,
Compostella, quamvis tunc temporis parva. In Hispania: 5
Auchala, Godelfaiar, Talamanca, Uzeda, Ulmas, Conalias, Madrita, Maqueda, sancta Eulalia, Talaveria, que est
fructifera, Medinacelim, id est urbs excelsa, Berlanga,
Osma, Seguncia, Secobia, que est magna, Avilla, Salamanca, Sepuivilega, Toletum, Kalatrava, Badaioth, Tur- 10
gel, Talavera, Godiana, Emerita, Altamora, Palencia, Lucerna, Ventosa, que dicitur Karcesa, que est in valle
viridi, Caparra, Austurga, Ovetum, Legio, Karrionem,
Burgas, Nageras, Kalagurria, Urantia, que dicitur Cesaraugusta, Pampilonia, Baiona, (62r) Iacha, Osqua, in qua 15
nonaginta turres solent esse numero, Terracona, Barbastra, Rozas, Urgellum, Elna, Gerunda, Barcinona, Terragona, Lerida, Tortosa, oppidum fortissimum, Aurelie, oppidum fortissimum, Algati urbs, Adania, Yspalida,
Escalona, ora Burriane, ora Quotante, urbs Ubeda, Bae- 20
cia, Petroissa, in qua fit argentum optimum, Valencia,
Denia, Satina, Granada, Sibilia, Cordula, Abula, Accintina, in qua iacet beatus Torquatus, Christi confessor,

31 quos H ‖ **9** Salomanca H ‖ **21** sit H

155 Illos, qui sacro renuerunt fonte lavari,
Rex Karolus iussit diversa morte necari.
Qui postquam populos illos sibi suppeditavit,
Urbes Hyspanas iterum peragrare paravit.

Nomina urbium Galathie

Aurelias, Lametum, Visinia, Dumia, Lutum,
160 Iria, Mindonia, Colimbria, Brarcara, Tuda.

Nomina urbium Hyspanie

Compostella prior, set in illo tempore parva,
Aucala, Godefarar, Talamanca, Vimrana, Crunia,
Manqueda, Canalias, Ulinas, Uzeda, Toletum,
Menachelim, multumque ferens Talaveria fructum,
165 Turgel, Berlanga, Salamanca, Segobia magna,
Osma, Sepimulega, Calatrava, Segencia, Stella,
Ovetum, Legio, Caparra, Palentia, Burgas,
Rozas, Emerita, Ventosa, Lucerna, Nageras,

155 fonte lavari Prud. Ditt. 33,4, p. 396; cf. 3,156 || **156** morte necabat Verg. Aen. 8,488

159 Arelias P, Prelias Ed | Lamecum P | Visimia P | Dimma L, Diania Ed | Lucum P || **160** Iranum Ed | Inindomia L, Donia Ed | Columbria L, Columbia Ed | Bractara L, Barcara Ed || **161** et PEd || **162** Ancala Ed | Godefara Ed | Thalananca Ed | Wimiarnua L, Viarana Ed | Cruna L || **163** mangueda Ed | Ulmas Ed | Ugeda Ed || **164** Manachelim L | iustumque L | Calaveria Ed || **165** Belanga Ed || **166** Ozea Ed | Sepimelega P, Spinelega Ed | Calatovia P, Catalona Ed | Sequentia P || **167** Onetum Ed | Polentia Ed || **168** Rosas Ed | Lucrina Ed | Nagetas P, Vagetas Ed

beati Iacobi cliens, ad cuius sepulchrum arbor olive divinitus florens maturis fructibus onustatur per unumquemque annum in solempnitate eiusdem, scilicet Idibus Maii, urbs Bisertum, in qua milites fortissimi, qui vulgo dicuntur Arabites, habentur, Maiores insulas, urbs Bugia, que ex more habet regem, Agabiba insula, Coaran, que est urbs in Barbaria, Meloida, Evitia, Formentena, Alcoroz, Almaria, Moneca, Gibaltaria, Kartago, Septa, que est in districtis Hispanie, ubi maris est angustus concursus, et Gocir similiter, et Tharuph, immo cuncta terra Hispanorum, tellus scilicet Alamdaluf, tellus Portus Gallorum, tellus Saracenorum, tellus Pardorum, tellus Castellanorum, tellus Maurorum, tellus Navariorum, tellus Alavarum, tellus Biscaiorum, tellus Baldorum tellusque Palargorum Karoli imperiis inflectitur. Omnes prefatas urbes, quasdam scilicet sine pugna, quasdam cum magno bello et maxima arte Karolus tunc adquisivit preter prefatam Lucernam, urbem munitissimam, que est in valle viridi, quam capere donec ad ultimum nequivit. Novissime vero venit ad eam et obsedit eam et sedit circa eam quatuor mensium spacio et facta prece Deo et sancto Iacobo ceciderunt muri eius. Et facta est deserta usque in hodiernum diem. Quidam enim gurges atri amnis in medio eius surrexit, in quo magni pisces nigri habentur. Quasdam tamen ex prefatis urbibus alii reges Galli et imperatores Theuthonici ante Karolum magnum adquisierunt, que postea ad ritum paganorum converse sunt usque ad eius adventum. Et post eius mortem multi reges et principes in Hispania Sarracenos expugnaverunt. Clodoveus nam-

27 in qua mulieres milites H ‖ **46** annis H ‖ **49** Theritonici H

Lerida, Terragona, Iacha, Barbastra, Gerunda,
170 Narbona, Baiona, munitaque turribus Osqua,
Ubeda, Barretia, Petrissa, Valentia, Septa,
Corduba, Sibilia, Datina, Granada, Satina.
Urbes et villas has, quarum nomina dixi,
Rex Karolus vicit Christi virtute potenti.
175 Sunt plures alie, quas nostri regula metri
Non posuit, quia non possunt in carmine poni.
Terram Pardorum, Navarrorum, Palagorum,
Sarracenorum, Maurorum, Nalanarorum
Rex Karolus sibi divina virtute subegit
180 Et sibi prefatos populos servire coegit.
Quosdam devicit multo sudore duelli,
Quosdam subiecit nullo certamine belli.
Tandem vix potuit fortem superare Lucernam,
Sed tamen edomuit post menses quatuor illam.
185 Nam precibus fusis ceciderunt menia lapsa
Et deserta manet etiam nunc illa Lucerna.
Hanc fluvius quidam cingebat gurgitis atri,
In quo cernuntur pisces subcrescere nigri.
Urbes predictas multi reges superarunt,
190 Set tamen ad ritum paganorum redierunt.
Has Clodoveus, primus baptismate lotus,

174 virtute potenti Flor. Lugd. Carm. 1,75, p. 211; cf. 3,72 || **179** virtute subegit Milo Sobr. 2,64, p. 647; cf. 5,1; 6,246 || **180** servire coegit Cypr. Gall. Iud. 151, p. 184 || **182** certamina belli Verg. Aen. 10,146; cf. 4,65

169 Iaka L, Iacham Ed || **171** Petroissa Ed || **174** vincit L || **176** possunt : poterant PEd || **178** Navalanorum Ed || **182** multo Ed || **183** Lucrinam Ed || **186** ita Lucrina Ed || **189** prefatas PEd

que primus rex Francorum christianus, Chlotarius, Dagobertus, Pipinus, Karolus, Marcellus, Karolus calvus, Ludovicus et Karolus magnus, partim Hispaniam adquisie- 55
runt, partim dimiserunt. Sed hic Karolus magnus totam Hispaniam suis temporibus subiugavit. Hee sunt urbes, quas, postquam gravi labore adquisivit, maledixit, et idcirco sine habitatore permanent usque in hodiernum diem: Lucerna, Ventosa, Caparra, Adania. (62v) 60

Cap. IV

Ydola et simulachra, que tunc in Hispania erant, penitus destruxit preter ydolum, quod est in terra Alandaluf, quod vocatur Salam Cadis. Cadis dicitur locus proprie, in quo est; Salam in lingua Arabica deus dicitur. Tradunt Sarraceni quod ydolum istud Mahumeth, quem ipsi co- 5
lunt, dum adhuc viveret, in nomine suo proprie fabricavit et demonicam legionem quandam sua arte magica sigillavit, que eciam tanta fortitudine illud ydolum optinet, quod a nullo unquam frangi potuit. Cum enim aliquis Christianus ad illud appropinquat, statim periclitatur. 10
Sed cum aliquis Sarracenus causa adorandi vel deprecandi Mahumeth accedit, ille incolumis recedit. Si forte super illud avis quelibet se deposuerit, statim moritur. Est igitur in maris margine lapis antiquus, opere Sarraceno optime sculptus, supra terram situs et deorsum latus et 15
quadratus, desursum strictus, altissimus scilicet quantum solet volare in sublime corvus, super quem elevatur

53 christianis H
47 maiora H

Pipinus, Karolus, Clotarius et Dagobertus,
Marcellus, Karolus calvus necnon Ludovicus
Partim vicerunt, partim non. Set venerandus
195 Rex Karolus magnus omnes sibi subdidit urbes,
Subiecitque sibi terram populosque rebelles.
Tunc super has urbes maledictio fluxit ab ore
Regis, quas multo potuit superare labore.
Prima Lucerna fuit, Ventosa secunda, Caparra
200 Tertia, quarta fuit Adania nobilis ista.

De simulacro Maumeth

Hiis ita completis Karolus simulacra deorum
Evertit penitus, preter Maumeth simulacrum,
Quod Sarraceni miro venerantur honore.
Hoc Maumeth fecit multo, dum viveret, ere.
205 In quo per magicam, quam valde noverat, artem,
Spirituum clausit immundorum legionem.
Que tam constanti monstrum virtute tuetur,
Quod nisi paganus accedere quisque veretur.
Nam si catholicus presumit cominus ire,
210 Protinus expirat, privatus lumine vite.
Aut super illud avis si forte resederit ulla,
Demonis impulsu statim ruit exanimata.

198 superare labores Verg. Aen. 3,368 || **201** simulacra deorum Ov. Met. 10,694; cf. 3,105; 5,38 || **203** veneratur honore Paul. Nol. Carm. 32,207, p. 337 || **210** lumina vitae Verg. Aen. 6,828

192 Dotarius L || **197** duxit L || **199** Lucrina Ed || **200** ipsa Ed | De simulacro Mahoumet quod fecit Karolus rex P || **204** fulsit Ed || **206** spiritum L || **211** at PEd

ymago illa, de auricalco optimo in effigie hominis fusa, super pedes suos erectam faciem habens versus meridiem et clavem quandam ingentem in manu sua dextera te- 20 nens. Que scilicet clavis, ut ipsi Sarraceni aiunt, a manu eius cadet anno, quo rex futurus in Gallia natus fuerit, qui totam terram Hyspanicam christianis legibus in novissimis temporibus subiugabit. Mox ut viderint clavem lapsam, gazis suis in terra repositis omnes fugient. 25

Cap. V

Ex auro, quod Karolo reges et principes Hyspanie dedere, beati Iacobi basilicam tunc per tres annos in illis horis commorans augmentavit et antistitem et canonicos secundum ordinem beati Ysidori episcopi et confessoris regulam in ea constituit, eamque tintinnabulis, palliis, li- 5 bris ceterisque ornamentis ornavit decenter. De residuo vero auro et argento immenso, quod de Hyspania attulit, regressus ab ea multas ecclesias fecit: Ecclesiam scilicet beate Marie, que est apud Aquisgranum, et basilicam beati Iacobi, que est in eadem villa, et ecclesiam beati Ia- 10 cobi, que est apud urbem Biterrensium, et basilicam beati Iacobi, que est apud Tolosam, et illam, que est in Gaschonia inter urbem, que vulgo dicitur Axa, et sanctum Iohannem Sordue via Iacobitana, et ecclesiam sancti Ia-

5 11 Luterrensium H

Si Sarracenus veniens oraverit, ipse
Sanus et incolumis discedit et absque dolore.
215 Est lapis antiquus, in ponti margine sculptus,
Mirifice supra terram situs et stabilitus,
Inferius latus, desursum strictus et altus,
Infra quadratus, supra consistit acutus.
Est super hunc lapidem quedam signata figura,
220 Pretendens hominis faciem, tamen erea tota,
Recte prospiciens, sicut perpenditur, Austrum
Atque manu dextra clavem tenet hoc simulacrum.
Set Sarraceni credunt, quod clavis ab eius
Dextra labetur, quando rex Gallicus unus
225 Natus erit, cuius virtute Deo mediante
Christo cogetur Hyspanica terra subesse.
Protinus ut clavem lapsam perspexerit, ille
Gentilis populus fugiet dispersus ubique.

De ecclesiis, quas Karolus fecit

Vix ego nominibus propriis distinguere possem
230 Ecclesias, quas tunc Karolus construxit. At idem
Rex sancti Iacobi sub eodem tempore parvam
Ecclesiam fieri maiorem iussit, et ipsam
Vestibus et libris, terris et rebus et auro
Valde ditavit. Tunc ipso rege reverso
235 Ad patrios fines varie fundantur ubique

213 Sarracenis Ed || **214** discedet Ed || **224** dextera PEd || **226** Hispania Ed || **227** prospexit L || **228** De ecclesiis, quas construxit Karolus rex P || **230** ad L || **234** dotavit PEd | ipso : Christo L || **235** proprios Ed | varie fundantur : varias construxit L

cobi, que est apud Parisius inter Sequanam fluvium et 15
montem Martirum, et abbacias innumeras, quas per mundum fecit.

Cap. VI

Demum reverso Karolo ad Galliam quidam paganus rex Affricanus nomine Aigolandus cum suis exercitibus terram Hyspanorum adqui(63r)sivit, eiectis eciam et interfectis de oppidis et urbibus custodibus christianis, quos ad custodiendam terram Karolus reliquerat. His auditis 5
Karolus cum multis exercitibus rursum Hyspaniam adiit. Et erat cum eo dux exercituum Milo de Angleris.

15 Parius H
63 electis H | interiectis H

Ecclesie, plures sancte sub honore Marie
Virginis et sancti Iacobi, protectio quorum
Conservavit eum post tot certamina sanum.
Set quia de Karolo sumus hec predicta locuti,
240 Si placet, hic primi figatur meta libelli.

LIBER SECUNDUS

De reditu Karoli ad Galliam et de Aygolando rege Affricano

At postquam Karolus ad Gallica regna redivit,
Quidam paganus, Aygolandus nomine, cepit
Hyspanam terram, populosque subegit et urbes,
Quas Karolus sibi subdiderat; set et omnes
5 Cultores vere fidei, quos ipse reliquit
Custodes terre, gladio cedente peremit.
Talibus auditis apud Hyspanam regionem
Mox Karolus convertit iter, comitemque Milonem
Secum perduxit, in belli turbine fortem,
10 Et commisit ei bellum totamque cohortem.

236 honore Mariae Sedul. Carm. pasch. 5,359, p. 140

236 ecclesias L ‖ **239** simus Ed ‖ **240** finitur hic liber primus P
redditu L | Hazgolando L
II 1 ut L, et Ed ‖ **2** Hagolandus L, Aygonlandus P ‖ **4** quas : quas rex P[3] | set et : tunc impius Ed ‖ **6** terre custodes PEd | cedentes L ‖ **7** Hyspaniam Ed ‖ **9** bello L

Cap. VII

Sed quale exemplum Dominus tunc nobis omnibus ostendere dignatus est de hiis, qui mortuorum elemosinas iniuste retinent, nobis est dicendum. Cum igitur apud Baionam, urbem Basclorum, Karoli exercitus hospitatus esset, miles quidam nomine Romaricus egrotus valde et morti proximus, accepta penitencia et eukaristia a sacerdote, ut equum, quem habebat, venderet preciumque clericis et egenis erogaret, cuidam consanguineo suo precepit. Quo mortuo consanguineus ille invidie stimulo tactus equum centum solidis vendidit preciumque cibis, potibus et vestibus velociter expendit. Sed quia malis factis divini iudicis vindicta proxima esse solet, transactis triginta diebus apparuit ei in nocte in extasi mortuus dicens: "Quoniam res meas pro anime mee redempcione in helemosina tibi ad dandum commendavi, scias omnia crimina mea Deum michi dimisisse, sed quia iniuste helemosinam meam retinuisti, per triginta dies in Tharthareis penis moras me fecisse intelligas, te autem in eodem loco infernali, unde egressus sum, die crastina scias ponendum, et me in Paradiso futurum." His itaque dictis mortuus recessit, vivusque tremefactus evigilavit. Qui cum summo mane enarraret cuncta, que audierat, omnibus atque omnis exercitus de tanta re inter se loqueretur, ecce subito clamores super eum in aere quasi rugitus leonum, luporum et vitulorum, et statim in medio circumastancium a demonibus in ipsis ululatibus vivus ac sanus rapitur.

7 4 Basdorum H || **22** omnis] omnes H

De exemplo elemosine mortui militis
cuiusdam iniuste retente

Scribere decrevi quoddam memorabile factum,
Quod Deus ostendit nobis, valde metuendum
Omnibus iniuste retinentibus omnia dona,
Que dant defuncti propter sua crimina facta.
15 Quidam miles erat, qui pressus pondere morbi
Muniri petiit sacrato corpore Christi,
Cognatoque suo dixit, quod, si moreretur,
Eius equi precium mendicis divideretur.
Singula quid referam? Miles prefatus obivit,
20 Cuius cognatus minime sua iussa replevit.
Namque gulosus equum properanter vendidit ipsum,
Perque gule vicium precium destruxit equinum.
Transacto siquidem spacio quater octo dierum
Mortuus ante suum cognatum venit et ipsum
25 Arguit, hec dicens: "Quoniam proprias tibi soli
Res commendavi dandas pro nomine Christi,
Set pietate Dei, cuius miseratio multa,
Que feci vivens, michi sunt peccata remissa.
Et quia mandato parere meo renuisti,
30 Per quater octo dies Stigio sum traditus igni.
Tu, quia vixisti semper miser atque gulosus,
Cras te suscipiet infernus, me Paradisus."

II 16 corpore Christi Prud. Psych. 376, p. 163 || **26** pro nomine Christi Paul. Nol. Carm. 26,62, p. 248

tit. cuiusdam *om.* P || **11** mirabile PEd || **12** deus *supra lin.* L || **14** carmina L || **15** mortis Ed || **20** peregit PEd || **22** distraxit Ed || **25** hoc Ed || **30** Stigio : sevo PEd | sunt L | regni L || **32** suscipet Ed

Quid plura? Queritur quatuor diebus per montes et valles ab equitibus et peditibus, et nusquam invenitur. Denique cum post duodecim dies exercitus noster per deserta Navarrarorum et Alavarum peragrasset, repperit corpus eius 30 exanimatum et confractum in cuiusdam silicis fastigio, cuius ascensus tribus leugis habebatur supra mare, distans a prefata urbe quatuor dietis. Demones vero cadaver eius ibi eiecerant, animamque ad Tartara rapuerunt. Quapropter sciant, qui mortuorum elemosinas sibi ad dan- 35 dum commendatas iniuste (63[v]) retinent, se dampnandos in evum.

Cap. VIII

Postea vero ceperunt Aygolandum querere per Hyspaniam Karolus et Milo cum suis exercitibus. Quem cum caute investigarent, invenerunt eum in terra, que dicitur De Campis, super flumen, quod dicitur Ceia, in pratis scilicet, in optimo et plano loco, quo postea beatorum marti- 5 rum Facundi et Primitivi basilica ingens et optima iussu et auxilio Karoli fabricata est, in qua et eorumdem corpora requiescunt et monachorum abbacia constituitur et magna villa pinguissima in eodem loco. Appropinquantibus vero Karoli exercitibus mandavit Aygolandus Karolo 10 bellum secundum velle suum, vel XX contra XX, vel XL contra XL, vel C contra C, vel M contra M, vel duos contra duos, vel unum contra unum. Interea missi sunt C mi-

8 5 que H || 7 eorumdem nostrum H

Hiis ita finitis discessit mortuus ille,
Set vivus mox contremuit fugiente sopore.
35 Cumque die facta nobis hec visa referret,
Et cunctus populus circumstans inde stuperet,
Ecce repentinus clamor circumdedit illum,
Tanquam mugitus vitulorum sive leonum,
Et sanus vivus mox de nostro comitatu
40 Tunc a demonibus rapitur, mirabile dictu.
Set quid plura loquar? Per quatuor undique raptus
Queritur ille dies, set nulla parte repertus.
Post tamen octo dies in quadam parte remota
Inventum corpus fuit inter concava saxa,
45 Totum confractum, divulsum, dilaceratum,
Tanquam discerptum rabida feritate luporum.
Namque gehennales tortores deseruisse
Proiectum corpus ibi verum creditur esse.
Ergo sciant omnes, quam sit miserum retinere
50 Res sibi commissas; hinc dampnatus fuit iste.

De bello sancti Facundi ubi
haste viruerunt

Tunc Karolus rex egregius comitante Milone
Et multis aliis Aygolandum querere caute
Cepit; set tandem quesitum repperit ipse
Ad flumen, nomen cui Cezia dicitur esse,

40 mirabile dictu Verg. Aen. 4,182; cf. 4,56

34 vivus : mus L ‖ **44** intra L ‖ **46** discreptum L | leonum Ed ‖ **50** fronduerunt P ‖ **52** Hagolandum L, Aygoulandum P ‖ **54** cui Cena nomen P | Ceya Ed

lites a Karolo contra C Aygolandi, et interfecti sunt Sarraceni. Deinde mittuntur ab Aygolando alii centum contra centum et interfecti sunt Sarraceni. Inde misit Aygolandus ducentos contra ducentos, et statim occisi sunt omnes Mauri. Demum Aygolandus misit duo milia contra duo milia, quorum quedam pars occiditur, parsque alia terga vertit. Tercia vero die eiecit Aygolandus sortes secrete et agnovit Karoli detrimentum. Et mandavit ei, ut pugnam plenariam cum eo sequenti die faceret, si vellet. Que ab utroque concessa est. Tunc astiterunt quidam ex Christianis, qui sero ante diem belli arma sua bellica studiosissime preparantes hastas suas erectas infixerunt in terra ante castra, in pratis scilicet iuxta prefatum fluvium; quas summo mane corticibus et frondibus decoratas invenerunt hii scilicet, qui in acie proxima martirii palmam pro Dei fide accepturi erant, et ultra quam dici fas est admirantes tantumque miraculum gracie divine ascribentes, absciderunt eas prope terram et radices, que remanserunt in tellure, in modum perticarum ex se magna postea generarunt arbusta, que adhuc in illo loco apparent. Erant enim illorum multe haste de lignis fraxineis. Mira res magnumque gaudium, magnum animabus proficuum ingensque corporibus detrimentum. Quid plura? Die vero illa agitur utrorumque pugna, in qua occisa sunt quadraginta milia Christianorum et dux Milo, Rotholandi genitor, cum hiis, quorum haste fronduerunt, ibi palmam martirii adeptus est, et Karoli equus peremptus. Tunc Karolus stans pedes cum duobus milibus Christianorum pe-

15–16 alii centum contra centum *om.* H || **23** ad H || **34** fraineis H || **35** proficium H || **38** Rothlandi H || **41** militibus H

55 In quodam prato, quo postea decapitari
Sanctus Facundus meruit pro nomine Christi.
Cumque propinquasset Karolus cum gente suorum,
Tunc Aygolandus ei mandavit, ut ipse secundum
Velle suum faceret bellum, vel si speciale
60 Aut plurale velit, centum seu mille virorum,
Vel sex aut octo, vel septem sive duorum.
Tunc Karolo regi centenos mittere contra
Centenos placuit, set gens mox cessit iniqua.
Postea missi sunt equites hinc inde ducenti,
65 Set Sarraceni statim cecidere perempti.
Demum paganus equitum duo milia misit,
Ex quibus occubuit pars maior et altera fugit.
Tandem decrevit Aygolandus mittere sortes,
Que cecidere sibi iuxta sua vota faventes.
70 Qui Karolo regi mandavit voce superba,
Ut facerent hinc inde simul plenaria bella.
At Karolus consensit ei. Tunc nocte sequenti
Hastas in terra studuerunt figere multi
E sociis nostris, quas summo mane virentes
75 Frondibus et ramis viderunt, inde stupentes.
Hastas predictas vestitas frondibus horum,
Quos Deus accivit, cognovimus esse virorum.

56 pro nomine Christi cf. 2,26; 2,84 || **70** voce superba Verg. Aen. 7,544 || **72** nocte sequenti Ov. Fast. 2,245; cf. 2,201

58 Hagolandus L, Aygonlandus P || **59** bellum faceret L || **60** seu : vel Ed || **61** vel : aut Ed | aut : vel P || **66** denum L || **68** tandere L | Hatzgolandus L, Aygonlandus P || **69** vota sua L || **70** qui : huic Ed || **71** faceret L | inde : michi L || **74** ex Ed || **77** accinit Ed

ditum in medio belli Sarracenorum evaginavit spatam suam nomine Gaudiosam et tru(64r)cidavit multos Sarracenos per medium. Die vero advesperante vertuntur Sarraceni et Christiani in castris. Altera vero die venerunt ad 45 succurrendum Karolo quatuor marquisii de Ytalie horis cum quatuor milibus virorum bellatorum. Mox ut illos Aygolandus agnovit, terga vertens in Legionensibus horis secessit, et Karolus cum exercitibus suis tunc ad Galliam remeavit. In prefata acie fas est intelligere salutem pro 50 Christo certancium. Sicut enim Karoli milites pugnaturi arma sua ante bellum ad bellandum preparaverunt, sic et nos arma nostra, id est bonas virtutes, contra vicia pugnaturi preparare debemus. Quisquis enim vel fidem contra hereticam pravitatem, vel karitatem contra odium, vel lar- 55 gitatem contra avariciam, vel humilitatem contra superbiam, vel castitatem contra libidinem, vel oracionem assiduam contra demonicam temptacionem, vel paupertatem contra felicitatem, vel perseveranciam contra instabilitatem, vel silencium contra iurgia, vel obedienciam 60 contra carnalem animum ponit, hasta eius florida in die iudicii erit. O quam felix et florida erit in celesti regno victoris anima, qui legitime contra vicia decertaverit in terra. *Non coronabitur, nisi quis legitime certaverit.* (2. Tim. 2,5) Et sicut Karoli pugnatores pro Christi fide obierunt 65

50 in] ut H | intelligi H || **58** dominicam H || **63** decertavit H || **64** certavit H

Et quia Christus eos erat in viridi Paradiso
Glorificaturus, signo monstravit aperto.
80 Illa quippe die pars hec bellavit, et illa
Suntque quadraginta Francorum milia cesa.
Inter quos cecidit dux Milo, pater Rotholandi,
Et Karoli truncatus equus defecit, et illi,
Quorum fronduerant haste, pro nomine Christi
85 Martyrii palmam meruerunt tunc adipisci.
At Karolus privatus equo, tantumque duobus
Milibus adiutus, set Christi nomine fultus,
Constitit in medio belli, spatamque timendam
Hostibus educens, gentem truncavit iniquam.
90 Sic Karolo pugnante diu lucisque nitore
Occumbente simul, populus discessit uterque.
Exortaque die de finibus Ytalicorum
Bis duo marquisi venerunt, bis duo secum
Milia ducentes equitum, conferre parati
95 Auxilium regi Karolo pro nomine Christi.
Quos ut cognovit Aygolandus adesse, recessit;
Et statim Karolus ad Gallica regna redivit.
Credere debemus fixumque tenere, quod illi,
Qui tunc pro Christi ceciderunt nomine, salvi
100 Sunt vel erunt. Et nos simili ratione parari
Debemus servare fidem Christumque fateri.
Quisquis enim viciis opponere nititur arma
Virtutum, florens illius creditur hasta.

84 pro nomine Christi cf. 2,26; 2,56 || **95** pro nomine Christi cf. 2,26; 2,84

81 sunt Ed | milia : corpora Ed || **86** et L || **87** militibus iutus Ed || **88** spaciamque L || **96** Hazgolandus L, Aygonlandus P || **100** parati Ed || **101** *om.* Ed || **102** vicus Ed

in bello, sic et nos debemus mori viciis et vivere virtutibus sanctis in mundo, quatinus palmam de triumpho floridam habere mereamur in celesti regno.

Cap. IX

Inde Aygolandus adunavit sibi gentes innumeras, Sarracenos, Mauros, Moabitas, Ethiopes, Pardos, Affricanos, Persas, Texephinum, regem Arabum, Burrabellum, regem Alexandrie, Avitum, regem Bugie, Ospinum, regem Agabie, Fatimum, regem Barbarie, Ailis, regem Marroth, 5 Aphinorgium, regem Maiorice, Maimonem, regem Meque, Ebrahim, regem Sibilie, Altumaiorem Cordube, et venit usque ad urbem Gasconicam Agenni et cepit eam. Deinde mandavit Karolo, ut veniret ad se pacifice cum parva militum turma, promittens ei auro et argento cete- 10 risque gazis novem equos honeratos, si imperiis suis tantum subiaceret. Idcirco hec dicebat, quia agnoscere eum volebat, ut postea eum in bello occidere potuisset. Sed

9 3 et Exephinum H

Quisquis luxuriam vel cetera crimina magna
105 Vicerit, eterna florebit quippe corona.
Ille beatus erit, qui contra crimina victor
Extiterit, fueritque mere virtutis amator.
Nos si perpetuo volumus gaudere triumpho,
Semper hanelemus celum preponere mundo.

De urbe Agenni, ubi Karolus ivit
ad Aygolandum

110 Postquam rex Karolus ad Gallica regna reversus
A bello modicum cessavit, mox Aygolandus
Innumeros reges et multas undique gentes
Cepit adunare, populosque virosque potentes.
Et sic Gasconiam veniens, obsedit Agenni
115 Urbem, quam tandem cepit certamine belli.
Tunc Karolo regi mandavit proditor ille,
Ut cum militibus paucis concorditer ad se
Rex Karolus veniat, et ei pro munere multi
Protinus argenti pondus offerret et auri.
120 Hoc quoque dicebat, quoniam Karolum cupiebat
Noscere, quem bello post detruncare volebat.
Quod rex previdit, qui secum mille probatos

108 gaudere triumpho Paul. Nol. Carm. 9,29, p. 22 || **115** certamina belli Verg. Aen. 10,146; cf. 1,182

104 crimina : vitia Ed || **109** anhelemius Ed || **109** ubi Karolus ivit ad Aygolandum *om.* L | Aygoulandum P || **111** mox : post Ed | Hazgolandus L, Aygoulandus P || **114** Gasconia L, Gasconicam Ed | Agennum Ed || **117** ut : et L || **119** conferret L || **122** providit LEd

Karolus hec animadvertens cum duobus milibus forcium
usque ad quatuor miliaria prope urbem Agenni venit et 15
dimisit ibi illos occulte et venit cum quadraginta tantum
militibus usque ad montem, qui est prope urbem, unde
potest civitas videri; ibique dimisit illos et mutatis vesti-
bus suis optimis sine lancea, retro (64[v]) supra dorsum cli-
peo transverso, ut mos nuntiorum tempore belli est, cum 20
solo milite venit ad urbem. Ilico quidam ab urbe egressi
venerunt ad illos sciscitantes, quid quererent. "Nuncii,"
inquiunt, "sumus Karoli magni missi ad Aygolandum re-
gem vestrum." At illi duxerunt illos in urbem ante Aygo-
landum. Qui dixerunt ei: "Karolus misit nos ad te, quia 25
ipse venit, ut imperastis, cum quadraginta militibus et vult
tibi militare et effici tuus, si vis illi dare, quod pollicitus
es. Idcirco veni ad eum cum quadraginta de tuis similiter
pacifice et loquere ei." Tunc armavit se Aygolandus et di-
xit eis, ut redirent ad Karolum et dicerent ei, ut expecta- 30

Assumens equites, animi virtute repletos,
Ad binas leucas urbis prope menia venit.
125 Quos omnes ibi dimittens, solummodo sumpsit
Sex denos equites, et eos in valle latentes
Dimisit; propriasque studens deponere vestes,
Hastam deposuit, et sicut tempore belli
Legati faciunt, supra gestamina dorsi
130 Transverso clipeo, comitatus milite solo,
Portas ingreditur urbis terrore repulso.
Dumque vagaretur multis querentibus, unde
Esset, quid vellet, Karolus respondit aperte:
"Nos sumus a Karolo Francorum principe missi,
135 Legati sumus ipsius regis venerandi.
Nos cum rege loqui volumus, sibi scripta daturi,
Que Karolus mittit; nec possumus ante reverti,
Donec viderimus ipsum." Tunc protinus ante
Conspectum regis Aygolandi ductus uterque
140 Constitit. At Karolus prior hec: "O rex Aygolande,
Cum sexaginta Karolus concorditer ad te
Militibus venit, cupiens tibi subditus esse.
Vultque loqui tecum, tibi deservire paratus,
Si sibi promissum festines mittere munus.
145 Nos Karolus misit tibi declarare, quod ad te,
Sicut mandasti, non distulit ipse venire.

123 virtute repletus Flodoard. Triumph. Ital. 5,1, c. 675B; cf. 4,16 || **124** moenia venit Lucan. 6,128 || **128** tempore belli Ov. Met. 13,206

123 animi : magna ac Ed || **132** vageretur L || **133** a parte Ed || **136** datur Ed || **138** ipsum : regem PEd || **139** Haygolandi L, Aygoulandi P || **140** ac Ed | hec ait o venerande Ed | Haygolande L, Aygoulande P || **141** a L || **143** servire Ed || **144** si : sed Ed

ret eum. Nondum putabat Aygolandus illum esse Karolum, qui sibi loquebatur. Karolus vero tunc illum cognovit et exploravit urbem, qua parte erat ad capiendum fragilior, et vidit reges, qui erant in ea, et rediit ad quadraginta milites, quos retro reliquerat, cum quibus rediit usque ad duo milia. Aygolandus quidem insecutus est illos cum septem milibus militum, volens perimere Karolum, sed ipsi animadvertentes fugere ceperunt. Deinde Karolus rediens ad Galliam coadunatis sibi exercitibus multis venit ad urbem Agenni et obsedit eam et sedit circa eam sex mensium spacio. Septimo vero mense aptatis iuxta murum petrariis et mangarellis et troiis et arietibus et vineis ceterisque artificiis ad capiendum et castellis ligneis a Karolo, nocte quadam Aygolandus cum regibus et maioribus suis per latrinas et foramina fraudulenter exivit et fluvium Guaranam, qui fluit iuxta urbem, transmeantes, a Karoli manibus evasit. Die vero sequenti Karolus urbem cum magno triumpho intravit. Tunc qui-

Ergo veni placide cum militibus tot ad ipsum,
Verbaque permisce consolatoria secum."
Tunc Aygolandus eis dixit: "Velociter ite
150 Ad Karolum," nondum Karolum cognoverat ipse,
"Et Karolo regi responsum tale referte,
Me cito venturum, nam festinabo venire."
Tunc Karolus cognovit eum predicta locutum,
Nec tamen est notus; regesque notavit et urbem
155 Exploravit, ubi facilis foret ad capiendum,
Et qua parte prius posset committere bellum.
Hiis ita finitis Aygolando rege relicto
Discessit Karolus, comitatus milite solo.
Mox equitum sumpsit Aygolandus milia septem,
160 Estque secutus eos, cupiens occidere regem.
Set Karolus prescivit eos, statimque redivit
Ad sexaginta socios, quos monte reliquit.
Deinde recollegit alios in valle latentes,
Discedensque suos delusit taliter hostes.
165 Post modicum tempus, comitatus milite multo,
Rex Karolus rediit et Agenni tempore parvo
Obsessam cepit urbem, non pace, set armis,
Artibus innumeris prostratis undique muris.
Tunc per latrinas Aygolandus fugit et illi,
170 Qui fuerant ipsi maiori federe iuncti,

156 committere bella Arator Act. 1,708, p. 55 || **166** tempore parvo Ov. Met. 6,442; cf. 7,3 || **170** foedere iunctus Ov. Trist. 2, 536

147 ipsum : Christum L || **149** dicit Ed || **154** regem Ed || **157** Haygolando L || **159** Haygolandus L, Aygonlandus P || **160** estque : est quia L || **161** prescinit Ed || **164** decepit PEd || **166** Agennum Ed || **169** Haygolandus L, Aygolaudus P

dam ex Sarracenis gladio occisi sunt, quidam per Guara- 50
nam fluvium cum magno impetu evaserunt. Decem tamen milia Sarracenorum gladio perempta sunt.

Cap. X

Inde Aygolandus venit Sanctonas, que tunc Sarracenorum imperiis subiacebat, et ibi cum suis commoratus est. Karolus vero subsecutus est illum et mandavit illi, ut redderet urbem. Ille vero noluit reddere, sed exivit ad bellum contra eum tali conveniencia, ut illius esset urbs, qui vin- 5
ceret alium. Sero quoque ante diem belli castris et aciebus et turmis preparatis in pratis scilicet, que sunt inter castrum, quod dicitur Talaburgus, et urbem iuxta fluvium nomine Tharanta, in(65[r])fixerunt Christiani quidam ha-
10

10 5 esse H

Furtim fugerunt tenebrosa nocte latentes
Et fluvium quendam Geronam transilientes.
Hostibus expulsis urbem gratanter Agenni
Intravit Karolus cum magna laude triumphi.
175 Milia cesa decem paganorum cecidisse
Fama refert, alios fugientes terga dedisse.

De urbe Santonica, in quam fugit
Aygolandus

Postea Santonicam paganus venit ad urbem
Militibusque suis comitatus mansit ibidem.
Quem Karolus sequitur mandans, ut redderet ipsi
180 Urbem, quam renuit mandanti reddere regi.
Set bellum statuit sub tali conditione,
Ut belli victor urbem deberet habere.
Quod Karolo placuit. Tunc Franci more leonum
Contra paganos prompti committere bellum
185 Ipsos invadunt et eosdem corde virili
Sternunt et reprimunt, nec cessant tradere morti.
Set de Francigenis tunc bis duo milia cesa
Credimus eterna cum Christo vivere vita.
Rexque suo privatus equo, qui pressus et omni

174 cum magna laude triumphus Ov. Am. 2,9,16; cf. 5,106 || **176** terga dedisse Lucan. 9,270 || **181** sub tali conditione cf. 3,221; 4,201; 6,259 || **183** more leonis Ov. Met. 14,207; cf. 1,114 || **184** committere bella cf. 2,156 || **188** vivere vita Alcuin. Carm. 1,1002, p. 199

171 furtum Ed || **172** Gueronam L, Garonam Ed || **176** in quam fugit Aygolandus : ubi haste irruerunt L | qua P | Aygoulandus P || **177** Xantonicam P || **178** ibidem : in urbem P || **179** ipsi : illi PEd || **180** tenuit L || **182** ut : quod PEd

stas suas erectas in terra ante castra. Crastina vero die hastas suas corticibus et frondibus decoratas invenerunt hii scilicet, qui in bello presenti accepturi erant martirii pal- 15 mam pro Christi fide. Qui eciam tanto Dei miraculo gavisi, abscisis hastis suis de terra, insimul coadunati primitus in bello feriunt et multos Sarracenos occidunt, sed tandem martirio coronantur. Erat enim illorum exercitus quatuor milium. Et equus eciam Karoli ibi occiditur, Ka- 20 rolus vero oppressus fortitudine paganorum invocato Omnipotentis auxilio et resumptis viribus cum exercitibus suis in manu valida pedes interfecit multos illorum. At illi ferre eius bellum non valentes, fatigati ex illis, quos occiderant, aufugerunt in urbem. Karolus autem illos in- 25 secutus obsedit urbem et circuivit omnes muros eius preter illum, qui erat contra fluvium. Demum sequenti nocte Aygolandus cum suis exercitibus aufugere per fluvium cepit. Porro Karolus hec animadvertens, insecutus est illos et occidit regem Agabie et regem Bugie aliosque mul- 30 tos paganos circiter quatuor milia.

10 die *om.* H ‖ **17** militum H ‖ **22** affugerunt H | insecutus] vi secutus H

190 Parte lacessitus, memorato nomine Christi
Invocat auxilium Domini, propriasque resumens
Vires aggreditur hostes, hos undique sternens.
Utque lupus dispergit oves, taurosque leena,
Sic Karolus cogebat eos convertere terga.
195 Set tolerare diu pagani non potuerunt
Tanti bella viri. Qui fessi terga dederunt
Intrantes urbem, set ibi constantia regis
Perturbavit eos, nam muris astitit urbis,
Militibisque suis obsedit menia clausa,
200 Preter eam partem, quam cingit fluminis unda.
Talia perspiciens Aygolandus nocte sequenti
Intravit fluvium, discedens corde paventi,
Et quosdam secum studuit perducere reges.
Quod postquam Karolus novit, sequitur fugientes
205 Atque duos reges paganos contudit ense,
Et paganorum prostravit milia quinque.
Set quia sol refugit noctisque supervenit umbra,
Constat, ut hic libri figatur meta secunda.

190 nomine Christi cf. 2,26; 2,56 || **194** vertere terga Verg. Aen. 6,491 || **196** terga dedere Verg. Aen. 9,686; cf. 3,139; 5,185 || **200** fluminis undam Verg. Aen. 6,714 || **201** nocte sequenti cf. 2,72 || **206** milia quinque Hor. Epist. 1,6,43

191 Domini : Christi Ed || **192** egreditur L | cernens Ed || **193** ut dispergit oves lupus, ut thaurosque leena Ed || **195** potuere Ed || **196** dedere LEd || **197** sibi sed Ed | ibi : sibi P || **200** cinxit L || **201** prospiciens PEd | Haygolandus L, Aygonlandus P || **202** paventi : trementi PEd || **203** *om.* Ed || **204** quos PEd || **205** concutit Ed || **207** sol : lux Ed || **208** restat Ed | meta secunda : tercia meta P | secundi Ed

Cap. XI

Tunc Aygolandus fugiens transivit Portus Cysereos et venit usque Pampiloniam et mandavit Karolo, quod ibi expectaret eum causa preliandi. Quo audito Karolus rediit in Galliam et cum summa cura omnes exercitus suos longe lateque preparatos ad bellum ad se venire manda- 5 vit. Et precepit mandans per totam Galliam, ut omnes servi, qui sub malis consuetudinibus pravorum dominorum religati tenebantur, soluta servitute proprii capitis et vendicione deposita cum omni progenie sua presenti et futura usque in sempiternum liberi permanerent. Et ne 10 alicui barbare genti Franci amplius servirent illi, qui cum eo in Hispaniam ad expugnandam gentem perfidam irent, precepit. Quid plura? Omnes eciam, quos ergastulis captos repperit, absolvit, et, quos pauperes invenit, hos ditavit, nudos vestivit, malivolos pacificavit, expulsos ab he- 15 reditatibus honoribus propriis relevavit, omnes armis doctos et scutigeros militari habitu honorifice ordinavit, et quos ab honore et amore suo iuste separaverat, Dei dilectione conpunctus ad amiciciam suam omnino convertit. Amicos eciam et inimicos domesticos et barbaros ad per- 20 gendum in Hyspaniam sibi sociavit, et quos rex sociabat ad expugnandam gentem perfidam, ego Turpinus, divina auctoritate et nostra benedictione et absolutione hos a cunctis peccatis relax(65v)abam. Tunc coadunatis sibi centum et triginta et quatuor milibus virorum bellatorum 25 preter armigeros et pedites, quorum non erat numerus, profectus est in Hyspaniam contra Aigolandum. Et hec sunt nomina maiorum pugnatorum, qui fuere cum eo:

11 1 Cyceros H || **15** ad H

LIBER TERTIUS

De fuga Aygolandi et de militibus excercituum Karoli.

Dum miser et profugus Aygolandus ubique vagatur,
Ingrediens urbem, que Pampilona vocatur,
Mandavit Karolo, quod secum bella movere
Si Karolus vellet, ibi bellum posset habere.
5 Talibus auditis Karolus mandavit ubique
Regibus et populis, quos sub se credidit esse
Et quicumque fidem Christi creduntur habere,
Ut contra reprobos studeant ad bella venire,
Et propriis opibus nudos vestiret, egenos
10 Ditaret, miseros recrearet, pasceret egros.
Ad Karolum regem mox copia tanta virorum
Undique confluxit, quod nemo posset eorum
Complecti numerum. Pretermissoque minorum
Ingenti numero, maiorum copia centum
15 Et quater octo duo complevit milia, quorum,
Auxilio Karolus studuit committere bellum.
Nomina maiorum, quorum celeberrima fama
Claruit et claret, sunt hec, et scripsimus illa:
Presul Torpinus primus fuit et Rotholandus,
20 Ipse nepos Karoli, nulli probitate secundus,

III 3 bella movere Lucan. 2,62; cf. 4,2 || **16** committere bella cf. 2,156; 2,184 || **20** nulli probitate secundus MGH Poet. 5, p. 448 (Evangeliar Henrici III)

III 1 cum LEd | Haygolandus L, Aygolaudus P || **2** Pampiliona L || **6** populis : principibus P, ducibus Ed | sub se : secum Ed || **8** et L || **14** maior L || **17** maior L, maiorum L[2] || **18** claret : clara Ed | sanximus Ed || **19** Turpinus Ed

Ego Turpinus archiepiscopus Remensis, qui dignis monitis Christi fidelem populum ad bellandum fortem et ani- 30 matum et a peccatis absolutum reddebam et Sarracenos propriis manibus et armis sepe expugnabam. Rotholandus dux excercituum, comes Cinnomannensis et Blavii dominus, nepos Karoli, filius ducis Milonis de Angleris, natus Berthe, sororis Karoli, vir magnissimus et summe 35 probitatis cum quatuor milibus virorum bellatorum. Alius tamen Rotholandus fuit, de quo nobis nunc silendum est. Oliverus, dux excercituum, miles acerrimus, bello doctissimus, brachio et mucrone potentissimus, comes scilicet Gebennensis, filius Raineri comitis, cum tribus milibus 40 virorum bellatorum; Estultus, comes Lingonensis, filius comitis Odonis, cum tribus milibus virorum; Arastangnus, dux Britannorum, cum septem milibus virorum bellatorum. Alius tamen rex tempore istius in Britannia erat, de quo mencio nunc ad plenum non fit. Engelerus, dux 45 Aquitannie, cum quatuor milibus virorum bellatorum. Isti erant docti omnibus armis, maxime arcubus et sagittis. Tempore istius Engeleri erat alius comes in Aquitannia, scilicet in urbe Pictavorum, de quo non est modo loquendum. Hic vero Engelerus, genere Gasconus, dux 50 urbis Aquitannie erat, que scilicet urbs sita est infra Lemovicas et Bituricas et Pictavim, quam eciam Augustus primum in illis horis fecit et Aquitaniam nominavit, cui eciam urbi Bituricas et Lemovicas et Pictavim, Sanctonas et Engolismam cum provinciis subiugavit; inde tota pa- 55 tria illa Aquitania vocata est. Hec vero civitas post Engeleri obitum viduata duce suo in vastitatem vertitur eo,

33 Bravis H || **50** Engerus H || **51** Lemonicas H || **54** Rituricas H | Pletavim H || **56** Aquitonia H

Acer Oliverus, bello doctissimus, ense
Strenuus et validus, primus non distulit esse,
Et comes Escultus, animi virtute virilis,
Venit in auxilium Karoli promptissimus armis;
25 Fortis Arastagnus princepsque Britannicus, ipse
Affuit huic bello, belli doctissimus arte;
Cum quibus Englerus fuit in Karoli comitatu,
Dux Pictavensis, nativo Gasconus ortu,
Necnon Gaiferus, rex Burdegalensis, et ipsi
30 Gelerus, Salomon, Gelinus sunt sociati
Et Balduinus, Rotholandi frater, Oellus
Et Gaudeboldus, Naaman, Lambertus, Ogerus
Et Constantinus, preses Romanus, et ipsum
Arnaldus sequitur, doctus committere bellum.
35 Cum quibus advenit Sanson Burgundio, fortis
Corpore, corde gigas, nullique secundus in armis.
Affuit huic bello Rainaldus, eumque secutus
Est comes Herbertus, Galterius atque Garinus,
Bego, Berengarius, Thedricus, Hyvorius, Hato,
40 Et cum predictis Berardus venit et Yvo.

34 committere bella cf. 2,156; 3,16 ‖ **36** nullique secundus cf. 3,20

21 Oliverius Ed ‖ **23** come L | Estultus P ‖ **25** Aragstagnus L, Arastanus Ed ‖ **27** Englerius L, Angelerus Ed ‖ **28** Pactanentis L | Aquitanensis Ed | Gastonus Ed | ortus P ‖ **29** Gaiserus Ed | rex : dux L | Burgundalensis P | ipse LEd ‖ **30** Gelepis L, Geleri Ed ‖ **31** Oellus : amenus Ed ‖ **32** *om.* Ed | Geneboldus P | Nazinan L, Naainan P | Labertus L ‖ **33** ipse Ed ‖ **37** Reinaldus L, Lambertus Ed ‖ **38** est : et L | Hibertus Ed | Galterus P | Gerinus L, Gelinus P, Guarinus Ed ‖ **39** *om.* Ed | Vego L | Evorius L ‖ **40** Bernardus Ed | Yno L

quod cives sui omnes in Runciavalle obierunt, nec alios colonos habuit amplius. Gaiferus, rex Burdegalensis, cum tribus milibus virorum bellatorum cum Karolo in Hyspa- 60 niam profectus est. Gelerus, Gelinus, Salomon, socius Estulti, Baldewinus, frater Rotholandi, Gandeboldus, rex Frisie, cum septem milibus heroum, Naaman, dux Baioarie, cum decem milibus heroum, Lambertus, princeps Bituricensis, cum duobus milibus virorum, Samson, dux 65 Burgundionum, cum decem milibus heroum, Constantinus, prefectus Romanus, cum viginti milibus, Reginaldus de Alba Spina, Galterus de Termis, Guielmus, Garinus, Lotha(66^r)ringee dux, cum quatuor milibus, Bego, Albericus Burgundio, Berardus de Nublis, Guinardus, Esturmi- 70 tus, Tedricus, Yvorius, Berengarius, Hato, Ganalonus, qui postea traditor extitit. Et erat exercitus proprie telluris Karoli quadraginta milium militum, sed et peditum numerus non erat. Isti prefati sunt viri famosi, heroes bellatores, potentibus cosmi potenciores, fortibus forciores, 75 Christi proceres, christianam fidem in mundo propalantes. Ut enim Dominus noster Iesus Christus una cum duodecim apostolis et discipulis suis mundum adquisivit, sic Karolus, rex Francorum et imperator Romanorum, cum hiis pugnatoribus Hyspaniam adquisivit ad honorem 80 nominis Dei. Tunc omnes exercitus in Landis Burdegalensibus coadunantur. Cooperiebant enim totam terram illam, longitudine et latitudine scilicet duabus dietis. Spacio duodecim miliariorum in longitudine audiebantur fremitus illorum. Interim Arnaldus de Bellanda prius 85 transmeavit Portus Cysereos et venit Pampiloniam. Statim insecutus est illum Estultus comes cum suo exercitu.

63 herorum H | Baorie H || **71** Gavalonus H

Affuit inter eos Ganalonus, fraude repletus,
Progenies Sathane, seductor prodiciosus.
Predicti proceres equitum tot milia secum
Duxerunt, quod vix numerum describere certum
45 Sufficerem. Pedites illic tot credo fuisse,
Ut cunctos fines tegerent telluris aperte.
Tunc omnes equites in Burdegalensibus horis
Convenere simul, necnon excercitus omnis;
Perque decem leugas hominum voces et equorum
50 Hinnitus fremitum reddebant atque tumultum.
Tunc prior Arnaldus in Pampilonica rura
Venit et Escultus et Arastagnus comes una,
Englerus sequitur et post Ogerius, inde
Dux Constantinus, post Gaudeboldus, et ipse
55 Ultimus advenit Karolus rex cum Rotholando.
Qui Karolus regi mandavit mox Aygolando,
Ut Pampilonam statim sibi redderet, aut, si
Nollet, pugnaret secum certamine belli.
Paganus siquidem cernens, quod in urbe manere
60 Non posset, potius elegit bella movere
Quam sine Marte mori. Karolo tunc talia regi
Mandavit dicens, ut rex trebas daret illi,
Donec prodiret exercitus eius ab urbe

48 exercitus omnis Verg. Aen. 2,415 || **58** certamina belli cf. 2,115; 3,224 || **61** talia regi Claud. Carm. 33,54, p. 352

41 Ganalonns Ed || **43** equitum : peditum PEd || **44** discrebere centum L || **46** et L | operte LPEd, aperte *conieci* || **50** fremitus P || **51** Panpiliona L, Panpelonica P || **52** Estultus P | Arastanus P || **53** Engelerus Ed | Ogerus P, Ogerius P[2] || **54** Goudeboldus PEd || **56** Aygoulando P || **57** aut : et Ed || **59** orbe Ed

Deinde venit Arastamius rex et Engelerus dux cum suis exercitibus simul, postea venit Galdeboldus rex cum suo exercitu. Deinde Othgerius rex et Constantinus cum suis 90 exercitibus venerunt. Novissime vero venit Karolus cum Rotholando et cum aliis omnibus exercitibus et cooperuerunt totam terram a flumine Runo usque ad montem, qui distat ab urbe tribus leugis via Iacobitana. Octo diebus moram fecerunt ad transmeandum portus. Interea 95 mandavit Karolus Aygolando, qui erat in urbe, ut redderet ei urbem, quam reedificaverat et rursum munierat, aut exiret ad bellum contra eum. Aygolandus videns, quod urbem non poterat contra eum tenere, elegit magis ad bellum exire quam in urbe turpiter mori. Tunc mandavit Ka- 100 rolo, ut daret sibi inducias, quousque omnes exercitus eius egrederentur de urbe et ad bellum prepararentur, et cum eo eciam ore ad os loqueretur. Desiderabat enim videre Karolum Aygolandus.

Cap . XII

Itaque datis trebis inter se egressus est Aygolandus cum suis exercitibus ab urbe et dimissis illis iuxta urbem venit cum quadraginta e maioribus suis ante Karoli tribunal, qui cum suis exercitibus uno miliario ab urbe distabat. Et erat tunc exercitus Aygolandi et exercitus Karoli in quo- 5 dam plano loco et optimo, qui est iuxta urbem, habens in

100 urbem H || **102** de urbe et] et *om.* H

Et mox in Karolum disponeret arma movere.
65 Et cum rege loqui petiit regemque videre.
Cui mox concessit, quodcumque poposcerat ipse.

De trebis datis et de disputatione
Karoli cum Aygolando

Tunc trebis hinc inde datis Aygolandus ab urbe
Exiit et cunctus exercitus eius, et ante
Conspectum Karoli cum paucis venit. Eumque
70 Alloquitur Karolus, dicens: "O rex Aygolande,
Cur istam michi fraude tua terram rapuisti,
Quam michi subieci Christi virtute potenti?
Debeo iure queri de te, quia funditus urbes
Vastasti michi subiectas Christique fideles
75 Truncasti gladio; quotiens ad regna redire
Gallica disposui, mox debachatus es in me."
At cum paganus Arabum sermone locutum
Audivit Karolum, quem, dum puer ipse Toletum
Disceret, edidicit, mirari cepit, et inde
80 Alloquitur Karolum, dicens: "Cur arma movere

64 arma moventem Ov. Met. 12,320; cf. 1,109 || **72** virtute potenti cf. 1,174 || **73** funditus urbem Paul. Nol. Carm. 9,43, p. 23 || **77** sermone locutus Arator Act. 2,933, p. 129 || **80** arma movere cf. 1,109; 3,64,204

65 et : hinc Ed || **66** mox : rex L | cum Aygolando : et Haygolandi L || **67** tunc trebas concessit et inde Aygolandus ab urbe Ed | hinc *om.* L | Aygolaudus P || **70** Aygolaude P || **77** cum paganus et Ed | Arabum : rabum L, orato Ed || **78** Toleti Ed || **79** edidiscit Ed

longitudine et latitudine sex miliaria; via Iacobitana dividebat utrumque exercitum.(66v) Tunc dixit Karolus Aygolando: "Tu es Aygolandus, qui terram meam a me fraudulenter abstulisti? Tellurem Hyspanicam et Gasconiam 10 brachio invincibili potencie Dei adquisivi, christianis legibus subiugavi, omnesque reges eius meo imperio everti, tu autem Dei Christianos me ad Galliam remeante peremisti, meas urbes et castella destruxisti, totamque terram igne et gladio vastasti, unde multum conqueror in pre- 15 senti." Mox ut Aygolandus agnovit loquelam suam Arabicam, quam Karolus loquebatur, miratus est multum et gavisus est. Didicerat enim Karolus linguam Sarracenicam apud Toletum urbem, in qua, cum esset iuvenis, aliquanto tempore commoratus est. Tunc Aygolandus Ka- 20 rolo: "Obsecro," inquit, "ut michi tantum dicas, cur terram, que iure hereditario te non contingit, aut pater tuus aut avus aut abavus aut attavus non possedit, a nostra gente abstulisti?" "Ideo," inquit Karolus, "quod Dominus noster Ihesus Christus, creator celi et terre, gentem no- 25 stram, scilicet Gallicam, pre omnibus gentibus elegit et super omnes gentes tocius mundi eam dominari instituit, tuam gentem Sarracenicam legi nostre, in quantum potui, converti." "Valde indignum est," inquit Aygolandus, "ut gens nostra tue genti subiaceat, cum lex nostra magis ve- 30

In me decernis? Cur hec mea regna subire,
Karole, presumis, nullo tibi debita iure?
Non avus aut proavus tuus ullo tempore regno
Prefuit Hyspane regionis, quid petis ergo?"
85 At Karolus respondit ei: "Divina voluntas,
Quam colo, quam veneror, cui servio semper, in istas
Mittere me voluit regiones, quas ego Christo
Subieci, populosque suos errore relicto.
Nam Christus verus Deus est, qui regnat ubique,
90 Omnia qui fecit, natus de virgine matre."
Respondens paganus ait: "Nos Maumeth habemus,
Nuntius ipse dei, cuius precepta tenemus.
Ipse deus meus est, cui soli servio; Christum
Nescio, quem fingis de quadam virgine natum.
95 Unde potest fieri, quod Christus, quem colis, orbem
Qui regit humanum, descenderit in mulierem?
Credere non possem, nec credo, quod caro vestri,
Quem colitis, Christi posset de virgine nasci."
At contra Karolus: "Si tu miserabilis esses
100 Christi discipulus, istud cito credere posses.
Set quia te miserum decepit pessimus error
Paganosque tuos, iccirco refellere nitor
Te sectamque tuam. Nos sacramenta tenemus
Sincere fidei, quam tanquam lumen habemus.

85 divina voluntas Prosp. Carm. de ingrat. 319, PL 51, c. 113 A; cf. 3,311 || **89** regnet ubique Hraban. Cruc. De imagine Caesaris 18, PL 107, c. 143 || **94** virgine natum Arator Act. 2,194, p. 88; cf. 3,108; 4,162 || **100** credere posses Ov. Met. 8,468 || **104** lumen habere Arator Act. 2,612, p. 111

84 Hyspanie regioni P || **86** quem Ed | quem Ed | cui *om.* P, cui *in marg.* P[2] || **90** que L || **91** Mahumet nos Ed | Mahoumet P || **93** solum Ed || **95** Christum Ed || **96** decenderet L || **97** vestr Ed || **103** nos : no L, nostre Ed || **104** que Ed

stra valeat. Nos habemus Mahumeth, qui Dei nuncius
fuit nobis a Deo missus, cuius precepta tenemus, immo
deos omnipotentes habemus, qui iussu Mahumeth nobis
futura manifestant, quos colimus, per quos vivimus et
regnamus." "Aygolande," inquid Karolus, "in hoc erras, 35
quia nos Dei mandata tenemus, vos vani homines vana
precepta tenetis, nos Deum patrem et filium et spiritum
sanctum credimus et adoramus, vos diabolum in simu-
lachris vestris creditis et adoratis; anime nostre per fidem,
quam tenemus, post mortem ad Paradisum et ad vitam 40
eternam tendunt, vestre anime ad Orcum proficiscuntur.
Unde patet, quia magis valet lex nostra quam vestra. Et
quia omnium creatorem non cognoscitis nec cognoscere
vultis, ius vel hereditatem in terra aut in celo habere non
debetis, sed pars vestra et possessio erit cum diabolo et 45
cum Mahumeth deo vestro. Quapropter aut baptismum
accipe tu et gens tua et vive, aut veni in bellum contra
me, ut male moriaris." "Absit a me," inquit Aygolandus,
"ut baptismum accipiam, et Mahumet, deum meum om-
nipotentem, negem, sed pugnabo ego contra te et gentem 50
tuam tali pacto, quod si lex nostra magis Deo est placita
quam vestra, nos convincamus, et si lex vestra magis va-
leat quam nostra, vos con(67r)vincatis, et sit usque in ulti-
mum diem victis opprobrium, invictis autem laus et exul-
tatio in sempiternum. Insuper, si gens mea vincitur, ego 55

51 nostra : vestra H || 52 vestra : nostra H | vestra : nostra H ||
53 nostra : vestra H

105 Vos colitis Maumeth, simulacraque falsa deorum;
Nos colimus Christum, pro nobis in cruce passum.
Vos Martem colitis, in stupri sorde creatum;
Nos colimus Christum, de pura virgine natum.
At cum meta brevis vite defecerit huius,
110 Infernus vos suscipiet, sed nos Paradisus.
Inde patet, quia nostra fides est dignior illa,
Quam colitis: bona nostra fides, falsissima vestra.
Set quia nec Dominum celi cognoscitis, ipsum
Debetis merito cum terra perdere celum.
115 Post istam vitam nos ibimus in Paradisum,
Set vos defunctos Christus demerget in Orchum.
Hinc, Aygolande, tibi sincere consulo, sacrum
Suscipe baptismum, quem sumat gens tua tecum.
Nam te premoneo, nisi tu baptismate Christi
120 Perfusus fueris, morieris morte perhenni.
Quod si nolueris, ambo veniamus ad arma,
Et tu devictus occumbes morte cruenta."
Tunc paganus ait: "O Karole, littus arasti,
Talia dum profers, baptismum renuo Christi.
125 Anne negare meum Maumeth potero? Michi numquam
Certe continget id, quanto tempore vivam.

105 simulacra deorum Ov. Met. 10,694; cf. 1,201 || **108** virgine natum cf. 3,94 || **119** baptismate Christi Prosp. Carm. de ingrat. 1,157, PL 51, c. 105 A; cf. 5,41 || **123** litus arandum Verg. Aen. 4,212

105 Mahoumet P, Mahumet Ed || **107** Martem : Iovem L || **109** at : set L || **111** quia : quod Ed || **113** set : et L || **116** in : ad L || **117** hic L | Aygoulande P || **118** baptisma quod sumens L || **121** venieuius Ed || **125** nonne Ed | Mahoumeth P | nusquam Ed || **126** certe : ecce L | contingat P

baptismum accipiam, si vivere possum." Quod ex utraque parte concessum est. Statim eliguntur viginti milites Christiani contra viginti ex Sarracenis in campo belli, et tali pacto ceperunt preliari. Quid plura? Ilico interfecti sunt omnes Sarraceni. Inde mittuntur quadraginta contra quadraginta et perimuntur Sarraceni. Postea mittuntur centum contra centum et occiduntur omnes Sarraceni. Rursum mittuntur centum contra centum et statim retro fugientes Christiani interficiuntur ideo, quod mori timentes fugerunt. Hii vero typum gerunt certancium fidelium Christi; quia, qui pro Dei fide volunt pugnare, nullo modo debent retro abire. Et sicut illi ideo occiduntur, quia retro fugerunt, sic Christi fideles, qui debent fortiter contra vicia pugnare, si retro reversi fuerint, in viciis turpiter moriuntur. Sed si bene contra vicia pugnant, hii inimicos, id est demones, qui vicia administrant, facile occidunt. *Non coronabitur quis,* inquit apostolus, *nisi qui legitime certaverit.* (2. Tim. 2,5) Inde mittuntur ducenti contra ducentos et omnes interficiuntur Sarraceni. Tunc data est ex utraque parte treba, venit Aygolandus ad loquendum ad Karolum affirmans legem Christianorum meliorem esse quam Sarracenorum. Et pollicitus est Karolo, quod die crastina ipse et gens sua baptismum acci-

12 **56** possim H || **62** occidunt H

Tecum pugnabo sub tali conditione:
Si victus fuero, faciam quod iusseris ipse.
Si victus fueris, statim mea iussa replebis,
130 Scilicet in Maumeth credes, Christumque negabis.
Dedecus eternum victus reputetur habere,
Gloria victori sit semper et hic et ubique."
Conplacuit Karolo belli conventio talis,
Seque paraverunt indutis protinus armis.
135 Tunc contra centum centum mittuntur; at ipsi
Pagani pereunt primo certamine victi.
Rursus mittuntur alii tot, set fugientes
Retro Francigene cessere mori metuentes.
Et quoniam retro fugientes terga dederunt,
140 Hinc vinci pariter et truncari meruerunt.
Hinc datur exemplum, quod, qui pro nomine Christi
Aggreditur bellum, caveat post terga reverti.
Post alii plures hinc transmittuntur et inde,
Set Sarraceni mox occisi periere.
145 Quid loquar ulterius? Hostes cecidere perempti,
Francigenisque fuit decus et victoria belli.
Tunc trebis hinc inde datis Aygolandus ad ipsum
Devenit Karolum spondens, quod sumere sacrum
Vellet baptismum, nam lex bona Christicolarum
150 Falsorum superat simulacra prophana deorum.

127 sub tali conditione cf. 2,181; 3,221 || **139** terga dederunt cf. 2,196 || **141** pro nomine Christi cf. 1,181; 3,179 || **146** victoria belli Stat. Theb. 12,8

128 quod si victus ero L || **130** scilicet : sed Ed | Mahoumeth P || **131** ut decus Ed | reputeris Ed || **132** semper hic Ed || **133** coniunctio Ed || **135** sunc L | centum contra L | atque Ed || **138** mori : loco Ed || **141** hic L, huic Ed || **143** huic Ed || **144** perire L || **146** Francigenis quid L || **147** Aygoulandus P

peret. Itaque rediit ad gentem suam et dixit regibus et maioribus suis se velle baptismum accipere. Et precepit 80 cunctis gentibus suis, ut baptizarentur omnes. Quod alii concesserunt, alii renuerunt.

Cap. XIII

Crastina vero die circa terciam data treba eundi et redeundi venit causa baptizandi Aigolandus ad Karolum. Mox ut vidit Karolum ad mensam prandentem et multas mensas circa eum paratas, discumbentes quoque quosdam habitu militari indutos, quosdam habitu monachili atro 5 tectos, quosdam canonicali habitu albis indutos, quosdam clericali habitu tectos, diversosque diversa veste indutos, interrogavit Karolum de uno quoque ordine, cuiusmodi gens erat. Cui Karolus: "Illi," inquit, "quos vides birris unius coloris indutos, episcopi et sacerdotes nostre 10 legis sunt, qui nobis legis precepta exponunt et a peccatis absolvunt et benediccionem dominicam nobis tribuunt. (67ᵛ) Quos habitu atro vides, monachi et abbates vel sanctiores sunt, qui dominicam maiestatem semper pro nobis implorare non cessant. Quos habitu candido vides, 15

13 3 viderit H || 5 indutos quosdam habitu *om.* H | atrio H

Hiis ita promissis mox ad sua castra reversus
Alloquitur reges paganos, ista locutus:
"Sepius, o proceres, bello perpendimus isto,
Quod numquam potuit vinci gens subdita Christo.
155 Hinc est, quod cupio baptismum sumere Christi,
Precipiens vobis baptismi fonte lavari."
Talibus auditis mox omnes obstupuerunt,
Cui consenserunt quidam, quidam renuerunt.

De ordinibus, qui erant in convivio Karoli;
et de pauperibus Aygolandus scandalum
sumpsit et noluit baptizari

Crastina lux aderat, et rex Aygolandus, habere
160 Baptismum cupiens, Karolum properavit adire.
Qui cum prandentem Karolum vidisset habentem
Secum convivas varios, variumque colorem
Gestantes, quosdam vestitos tegmine nigro
Vidisset, quosdam vero sub tegmine claro,
165 Statim quesivit, que gens hec esset et unde
Advenisset ibi. Cui rex ad singula queque
Respondit dicens: "Hii pontificalis honoris
Culmine prefulgent, induti vestibus albis.
Illi, quos cernis sub nigra veste latentes,
170 Sunt monachi nigri sancti Dominoque placentes.

156 fonte lavari cf. 1,155 || **168** vestibus albis Alcuin. Carm. 1,1607, p. 205 || **169** veste latebat Verg. Aen. 6,406

154 nuquam L || **157** obstipuerunt L || **158** consesserunt quedam L || **158** *titulum om.* P || **159** Aygoulandus P || **161** habere Ed || **168** perfulgent Ed || **169** illos Ed | nigra : magna Ed

canonici regulares dicuntur, qui meliorum sanctorum sectam tenent, et similiter pro nobis implorant, missas et matutinas et horas decantant." Interea videns Aygolandus in quadam parte tredecim pauperes miserrimo habitu indutos, ad terram resedentes, sine mensa et lintheaminibus commedentes, parvo cibo et potu utentes, interrogavit, cuiusmodi homines essent. At ipse Karolus ait: "Hec est gens Dei, nuncii domini nostri Ihesu Christi, quos sub numero duodecim apostolorum Domini unumquemque diem ex more pascimus." Tunc Aygolandus respondit: "Hii, qui circa te resident, fideles sunt et tui sunt, et feliciter commedunt et bibunt et induuntur; illi vero, quos Dei tui omnino esse dicis et nuncios eius esse asseris, cur fame pereunt et male vestiuntur et longe proiciuntur a te et male tractantur? Male domino suo servit, qui sic nuncios eius turpiter recipit. Magnam verecundiam facit domino suo, qui eius famulis ita servit; legem tuam, quam dicebas esse bonam, nunc ostendis falsam." Et accepta ab eo licencia scandalizatus rediit ad suos et baptizari renuens mandavit ei die crastina bellum. Tunc intelligens Ka-

Illi canonici sunt, quos tu cernis habere
Lacteolas tunicas, viventes religiose."
Postea perspexit bis sex Aygolandus egenos
Ad duram terram residentes, tegmine nudos,
175 Exiguis epulis utentes et sine mensa,
Nec iuxta regem, set erant in parte remota.
Moxque requisivit, que gens hec esset in illa
Parte sedens, vilis et vili tegmine tecta.
Respondit Karolus: "Tales pro nomine Christi
180 Pascimus assidue, nam sunt illius amici,
Et domini Christi famulos hos credimus esse,
Quos recreamus ibi, sicut potes ipse videre.
Et quoniam Christum bis sex habuisse ministros
Credimus, iccirco tot egenos pascimus et nos.
185 Hic presens numerus inopum numerum duodenum
Signat apostolicum, domino Christo sociatum."
Tunc Aygolandus ait: "Isti sublimiter astant
Et prope te resident. Felices sunt et habundant
Potibus atque cibis, preciosa veste nitentes,
190 Suntque tui, nec eos fieri permittis egentes.
Illos, quos Christi famulos, quos dicis amicos
Esse tui domini, positos procul atque remotos,

179 pro nomine Christi cf. **1,81** || **189** pretiosa veste nitentem Paul. Nol. Carm. 31,503, p. 325; cf. 5,23

171 quod L || **172** luteolas Ed | invente L || **173** prospexit LEd | Aygoulandus P || **175** utentes : vescentes *in marg.* P[3] || **178** vilis : viles P, vilis erat Ed | vili : sine PED || **181** Christi famulos hos : famulos Christi nos PEd || **182** quod L || **183** Christus L || **185** is Ed | numerus presens L | numerum *om.* L || **187** sublimitur Ed || **190** tuti Ed

rolus, quod propter pauperes, quos male vidit tractari, renuit Aygolandus baptizari, omnes pauperes, quos in exercitu invenit, diligenter procuravit et optime induit, cibum et potum honorifice illis ex more prebuit. Hinc animadvertendum, quam magnam culpam Christianus 40 quilibet adquirit, qui Christi pauperibus studiose non servit. Si Karolus regem baptizandum perdidit eo, quod pauperes male tractavit, quid erit de illis in extremi examinis die, qui male pauperes tractaverunt? Quomodo audient vocem dominicam terribilem dicentem: *"Discedite a me,* 45 *maledicti, in ignem eternum,* quia *esurivi et non dedistis michi manducare,* et cetera"? (Matth. 25,41 sq.) Considerandum, quia lex Domini et fides eius in Christiano parum valet, nisi operibus adimpleatur apostolo affirmante, qui ait: *"Sicut corpus mortuum est sine anima, ita fides sine operibus* 50 bonis *mortua est* in semetipsa". (cf. Iac. 2,26) Sicut rex paganus baptismum repulit idcirco, quia baptismi recta opera non vidit in Karolo, sic timeo, ne fidem baptismi in

40 Christianis H || **46** dedisti H || **49** apostolo] scriptura H

Dura fames cruciat. Multo veneraris honore
Illos, hii vero tractantur turpiter a te.
195 Ille suo domino modico sociatur amore,
Qui famulos eius tam vili tractat honore.
Dedecus immodicum domino proprio facit ille,
Qui servos eius expellere non timet a se.
Unde tuam legem reprobare videris; honestam
200 Quam michi dicebas, hanc esse scio modo falsam."
Et statim post hec discessit, scandala passus,
Baptismum renuens, bellum committere promptus.
Luce secutura studuit mandare, quod ipse
Iam contra Karolum decreverat arma movere.
205 Tunc Karolus novit, quod rex Aygolandus habere
Baptismum renuit, quia mendicos inhoneste
Tractari vidit. Et statim iussit honeste
Omnes mendicos vestiri, quos reperire
Tunc potuit; pastique cibis regalibus essent
210 Omnes hii, quos susciperet pro nomine Christi.
Ergo pauperibus et cunctis demus egenis
Conveniens decus et Christum veneremur in ipsis.

193 veneratur honore Paul. Nol. Carm. 32,207, p. 337 || **195** sociantur amore Paul. Nol. Carm. 25,1, p. 238 || **204** arma movere cf. 1,109 || **210** pro nomine Christi cf. 1,81

193 dira Ed || **194** tupiter L | a te : abste Ed || **195** honore P, amore P[2] || **196** famulos : servos Ed || **197** immodicum : haud modicum Ed | proprio domino PEd || **198** servos : famulos Ed ||**201** discesscessit P || **204** decreverunt P, decreverit P[2] || **205** Aygoulandus P || **206** baptismum renuit bellum P, bellum *expunx.* P[2] || **209** bascique Ed || **210** ex hinc suscepti cuncti pro nomine Christi Ed || **212** convenicus Ed

nobis Dominus repudiet in iudicii die idcirco, quia baptismi opera non invenit.(68ʳ) 55

Cap. XIV

Inde igitur crastina die omnes armati ex utraque parte convenerunt in campo causa pugnandi prefato pacto duarum legum. Et erat exercitus Karoli centum et triginta quatuor milia, et exercitus Aygolandi centum milia. Christiani vero quatuor acies fecerunt, et Sarraceni quinque, 5 quarum prima, que ad bellum primitus accessit, statim victa fuit. Deinde secunda turma Sarracenorum accessit et ilico convicta est. Mox ut viderunt Sarraceni detrimentum sui, insimul coadunantur omnes, et Aygolandus extitit in medio illorum. Quod ut Christiani viderunt, accinxerunt eos undique. 10 Ex una parte accinxit illos Arnoldus de Bellanda cum suo exercitu, ex alia parte Estultus comes cum suo exercitu, ex alia Arastannus rex cum filio, ex alia Gandeboldus rex cum suo, ex alia Othgerus rex cum suo et ex alia Constantinus Romanus cum suo exercitu. 15 Karolus et principes exercituum ex alia parte agmina sua producentes ceperunt tubis eburneis tonitruare

14 17 turbis H

Non est magnificum venerari quosque potentes –
Exigit hoc terror – set mendicos et egentes.
215 Precipit hoc Dominus, cuius precepta tenere
Et famulis servire suis studeamus honeste.

De morte Aygolandi et victoria Francorum

Iam nox abfuerat, orti iam lumina Phebi
Claruerant, et mox equites ad bella parati
Conveniunt. Centum triginta milia secum
220 Rex Karolus duxit, Aygolandus milia centum.
Hii duo pugnarunt sub tali conditione,
Quod lex victoris sciretur dignior esse.
Francigene partes fecerunt quatuor, illi
Quinque; set in primo cepti certamine belli
225 Pars prior illorum cecidit. Set turba secunda
Sarracenorum veniens fuit ilico victa.
Cum Sarraceni viderunt se superari,
Convenere simul, uno velut agmine iuncti.
In medio quorum consistens rex Aygolandus
230 Delituit, validoque fuit munimine septus.
Tunc comes Escultus hinc illos cinxit, et inde

215 praecepta tenebat Alcuin Carm. 9,179, p. 233 || **217** lumina Phoebi Walahfr. Carm. 31,7, p. 385; cf. Ov. Met. 2,110 || **221** sub tali conditione cf. 2,181 || **224** certamina belli cf. 2,115 || **230** munimine saepsit Paul. Nol. Carm. 16,96, p. 72

214 exiit L || **215** precepit LEd || **216** *titulum om.* P || **217** mox affuerat L || **219** convenissent P || **220** Aygoulandus P || **222** rex Ed || **223** ipsi PEd || **224** set : si L || **225** pras L || **228** convenire L || **229** Aygoulandus P || **231** Estultus P

et in Domino confidentes alacriter amovebant. Tunc Arnoldus de Bellanda cum suo exercitu prius irruit super eos et trucidavit ac precipitavit omnes ad dexteram et ad 20
levam, quousque pervenit ad Aygolandum, qui in medio illorum erat, et potenter proprio gladio illum peremit. Statimque factus est nimius clamor et ululatus omnium, et irruerunt ex utraque parte Christiani super Sarracenos et occiderunt illos omnes. Ibi agitur tanta paganorum oc- 25
cisio, quod nullus eorum evasit, nisi tantum rex Sibilie et Altumaior Cordube. Hii cum paucis Sarracenorum turmis fugerunt. Tanta sanguinum effusio die illa agitur, quod victores usque ad bases in sanguine natabant. Sarraceni vero, qui inventi sunt in urbe, omnes trucidati sunt. 30
Ecce, quia Karolus contra Aygolandum decertavit pro pacto christiane fidei, et occidit illum. Quapropter patet, quod lex christiana omnibus ritibus et legibus tocius mundi excellit. O Christiane, si fidem bene tenueris corde et operibus, in quantum poteris, adimpleveris, ve- 35
raciter super angelos cum capite tuo Christo, cuius membrum es, sublimatus eris. Si vis ascendere, firmiter crede, quia *omnia possibilia sunt credenti,* (Marc. 9,22) dicit Do-

22 et *om.* H ‖ 23 numus H ‖ 29 basos H ‖ 32 et *om.* H | pateret H ‖ 34 excelsit H

Turbidus Arnaldus et post Ogerius atque
Dux Constantinus et Arastagnus comes illos
Undique cinxerunt ex omni margine clausos.
235 Isti quinque duces equites habuere viriles,
A quibus adiuti cinxere viriliter hostes.
Interea Karolus de divina pietate
Confidens, cepit ad bella suos animare.
Tunc prior Arnaldus super illos irruit, ipsos
240 Undique precipitans et eosdem precipitatos
Morti tradebat. Et ab omni parte ferire
Non cessavit eos, donec properavit adire
Per medios hostes Aygolandi castra volentis
Explorare fugam, set libertate carentis.
245 Quem probus Arnaldus proprio mucrone peremit
Et medias acies gladio perimente diremit.
Protinus erigitur nimius super ethera clamor,
Nam Sarracenos invasit languidus horror.
Tunc Franci proceres ex omni parte ruentes
250 Festinaverunt invadere cominus hostes;
Quos occiderunt, nullusque superfuit ex hiis.
At reges duo fugerunt paucis sibi iunctis.
Tanta fuit strages et copia tanta cruoris,
Quod Franci genibus nabant in sanguine mersis.

245 mucrone peremit Alcuin. Carm. 1,524, p. 181; cf. 4,247 || **247** aethera clamor Verg. Aen. 2,338

232 Arnuldus P | et *om.* L || **238** ad : a L | ad bella suos cepit Ed || **239** illos : ipsos L || **243** Aygoulandi P | volentes P, volentis P[2] || **246** *om.* Ed | perimente : pereunte L – dirimente P – perimente *conieci* | peremit P || **250** testinaverunt L

minus. Tunc Karolus coadunatis sibi exercitibus suis gavisus de tanto triumpho venit usque ad portam Arge via 40
Iacobitana et ibi hospitatus est.

Cap. XV

Quidam autem Christiani gazarum mortuorum cupidi nocte illa retro redierunt Karolo ignorante in campo belli, quo mortui iacebant, et auro et argento (68ᵛ) diversisque gazis onustati, ad castra Karoli redire ceperunt. Ilico Maior Cordube, qui erat absconditus inter montes cum 5
aliis Sarracenis, qui de bello fugerant, peremit illos omnes, nec unus quidem remansit ex eis. Et erat numerus eorum, qui interfecti sunt, circiter mille. Hii vero tipum gerunt fidelium pro peccatis certancium, sed ad vicia postea redeuncium. Quia sicut illi, postquam inimicos 10
suos devicerunt, ad mortuos cupiditatis causa redierunt, et interficiuntur ab inimicis, sic fidelis quisque, qui vicia sua devicit et penitenciam accepit, ad mortuos, id est ad

255 Et quia pugnavit Karolus pro nomine Christi,
Omnes pagani statim cecidere perempti.
Unde manet certum, quoniam lex Christicolarum
Ritus et leges excedit multicolarum.
Ergo tuam legem, miles dignissime Christi,
260 Observa semper, ipsamque relinquere noli.
Crede michi: Si vera fides permanserit in te,
Tandem percipies eterne gaudia vite.
Ergo si speras in celo cernere Christum,
Pauper in hoc mundo, presentem respue mundum,
265 Mundum iamiamque debemus spernere, namque
Omnia mundana quid sunt nisi gloria vana?
Expedit hoc nobis monachis, ut posteriora
Mente relinquentes curramus ad anteriora.
Et qui cum viciis iam cepimus arma movere,
270 Pugnemus, donec palmam mereamur habere.
Nam dominus Christus vincentibus optima donat
Premia, non victis; finis, non pugna, coronat.
Hiis ita completis Karolus sic victor ad Arge
Pontem devenit et fessus ibi requievit.

De Christianis qui ad illicita spolia redierunt

275 Morbus avaricie, qui multos ledit et urit
Illicite, quosdam de nostris urere cepit.

255 pro nomine Christi cf. 2,26 || **262** gaudia vitae Alcuin. Carm. 121,13,4, p. 349 || **272** finis non pugna coronat cf. H. Walther, Proverbia 11059

256 pagani : paga L || **257** rex LEd || **258** leges : sepes Ed || **260** ipsumque Ed || **261** set : si Ed || **263–272** *om.* PEd || **273** sic : rex Ed || **274** *titulum om.* P | rediderunt L

vicia, redire non debet, ne forte ab inimicis, id est a de-
monibus, interficiatur. Et sicut illi, qui ad aliena spolia 15
revertentes presentem vitam perdiderunt et turpi nece
perierunt, sic religiosi quique, qui seculum dimiserunt et
ad terrena negocia postea inflectuntur, vitam celestem
perdunt et mortem perpetuam amplectuntur.

Cap. XVI

Altera vero die nunciatum est Karolo, quod apud mon-
tem Garcini princeps quidam Navarrorum nomine Furre
volebat debellare contra eum. Adveniente autem Karolo
ad montem Garcini disposuit venire princeps ille ad bel-
lum contra eum die sequenti. Karolus namque sero, ante- 5
quam bellum committerent, rogavit Dominum, ut osten-
deret ei illos, qui morituri erant in bello. Porro die
crastina armatis Karoli exercitibus apparuit rubeum si-
gnum dominice crucis in humeris moriturorum, retro sci-

15 17 quisque H
16 2 Ferre H

Nam presumpserunt transacta luce diei,
Ignaro Karolo quasi circa mille reverti
Ad campum, quo pagani iacuere perempti,
280 Ut cupidi raperent argenti pondus et auri.
Qui dum defunctos studuissent expoliare,
Ad Karoli regis ceperunt castra redire.
Mox Altumaior, qui de certamine nuper
Fugerat illesus, de quodam monte latenter
285 Exiit et, multis Sarracenis comitatus,
Omnes occidit; ex hiis nec defuit unus.
Sunt similes istis, qui propter crimina merent,
Set post merorem peccatis rursus inherent.
At qui peccatum velut hostem vicerit, ille
290 Causam peccati post numquam debet adire.
Pertinet ad monacos mundana relinquere, namque
Omnia mundana reor esse simillima stuppe.
Qui vomitum repetit, celestis premia lucis
Perdit et eterne mercatur pocula mortis.
295 Ergo si volumus vite celestis habere
Premia, conemur semper peccata cavere.

De bello Furre pagani regis

Dum fugio Sirtes, incurro carmina Circes,
Deferor in Scillam cupiens vitare Caribdim.

280 argenti pondus et auri Verg. Aen. 1,359; cf. 5,19; 6,233 || **294** pocula mortis cf. 5,190

281 studuissent : ceperunt Ed || **285** sociatus Ed || **286** nec : non PEd || **288** et post maiorem L || **289** vixerit Ed || **290** nunquam post L || **291–296** *om.* PEd || **296** *titulum om.* P || **297** cum PEd | Syrtim Ed || **298** cariddim L

licet super loricas. Quos ut vidit Karolus, mox retrusit 10
illos in oratorio suo, ne morerentur in bello. O *quam incomprehensibilia sunt iudicia Dei et investigabiles vie eius.* (Rom. 11,33) Quid plura? Peracto bello et perempto Furre cum tribus milibus, Navarrorum scilicet et Sarracenorum, quos custodia retruserat Karolus, reperit exani- 15
matos. Erat numerus illorum circiter centum quinquaginta. O Christi pugnatorum sanctissima caterva; quam si gladius persecutoris non abstulit, tamen palmam martirii non amisit. Tunc Karolus cepit montem Garceni in suum totamque patriam Navarrorum. 20

10 viderit H

Sic Karolum regem post tot certamina victa
300 Quidam paganus invasit, nomine Furra,
Per famulos plures mandans, quod luce futura
Cum Karolo promptus esset committere bella.
Tunc Karolus Dominum supplex oravit, ut ipsi
Demonstraret eos, qui tunc essent morituri.
305 Set dominus Christus signo monstravit aperto
Illud, quod Karolus Domino quesivit ab ipso.
Namque crucis signum super arma resedit eorum,
Quotquot debebat presens occidere bellum.
Quod Karolus novit et eos seclusit in una
310 Ecclesia, salvare volens a morte propinqua.
Non caret effectu, quicquid divina voluntas
Disposuit; quod vult, mox est sibi posse facultas.
Quod loquar ulterius? Iniit pars utraque bellum.
Set mox Furra cadit, necnon tria milia secum.
315 At Karolus victor, dum clausos quereret, illos
Defunctos penitus invenit et exanimatos.
Invenies numerum, si tu superaddere centum
Sex denos cupias, talis fuit exitus horum.
Qui licet exanimes in bello non ceciderunt,

301 luce futura Ven. Fort. Carm. 8,8,9, p. 194 || **302** committere bella cf. 2,156 || **310** morte propinqua Paul. Nol. Carm. 22,119, p. 191 || **311** non caret effectu Ov. Am. 2,3,16; cf. 6,274; divina voluntas cf. 3,80

299 sic : sed Ed || **303** ipse PEd || **306** istud Ed || **307** crucis signum : signum tale P || **308** debeat Ed || **309** novit et eos : cernens illos Ed || **310** propinqua : futura Ed || **312** quod vult mox est : mox est quod vult PEd || **313** init pars ultima Ed || **315** at : et L | clausos dum Ed

Cap. XVII

Statim post hec nunciatum est Karolo, quod apud Nageram gigans quidam nomine Ferracutus de genere Goliath advenerat de horis Sirie, quem cum viginti milibus Turcorum admirandus Babilonis ad debellandum Karolum regem miserat. Hic vero lanceam aut sagittam non formidabat, vim quadraginta (69[r]) forcium possidebat. Quapropter Karolus ilico Nageram adiit. Mox ut eius adventum Ferracutus agnovit, egressus ab urbe singulare certamen, scilicet unum militem contra alterum, petiit. Tunc mittitur ei primum a Karolo Othgerus Dacus. Quem mox ut solum gigans in campo aspexit, suaviter ivit iuxta illum et ilico illum brachio dextro cum omnibus armis suis amplexatus est et deportavit illum cunctis videntibus in opidum suum leviter, quasi esset una mitissima ovis. Erat autem statura eius quasi cubitorum duodecim et facies eius longa quasi unius cubiti et nasus eius palmi mensurati et brachia et crura eius quatuor cubitorum erant et digiti trium palmorum. Deinde misit ad eum causa belli Karolus Reinaldum de Alba Spina, et detulit eum solo brachio ilico in carcerem opidi sui. Deinde mittuntur Constantinus Romanus et Oellus comes, et ipsos simul unum ad dexteram et alium ad levam rapuit et car-

17 **19** causam H || **22** rapuit *om.* H

320 Martyrii munus amittere non meruerunt,
Tunc Karolus montem Garizim cepit et ipsos
Navarros populos sibi compulit esse subactos,
Set ne displiceat lectori lectio longa,
Restat, ut hic libri ponatur tertia meta.

LIBER QUARTUS

De bello Rotholandi et Fernacuti gigantis et de disputacione eorum

Inde gigas quidam de magni stirpe Golie
A Libicis horis advenit, bella movere
In Karolum cupiens, proprio qui nomine dictus
Fernacutus erat, durus, robustus et altus.
5 Hic a soldano transmissus de Babilone
Non formidabat hastas ictumque sagitte.
Ipse quater denos equites superabat in uno
Conflictu, numquam potuit subcumbere bello.
Quem postquam Karolus cognovit in urbe Nagere
10 Esse, nichil metuens, illi cupit obvius ire.
Set postquam Karolum novit Babilonicus ille
Advenisse, sua mox est egressus ab urbe.

IV 2 bella movere cf. 3,3

321 Saraceni L, Gazazim Ed || 322 copulit L | subiectos P
titulum om. P

IV 1 magna P || **3** cupietis L | que L || **4** Ferracutus Ed || **5** Babilione L || **6** hostes P, hastas P² || **7** iste Ed | quater denos equites : quadraginta fortes PEd | superavit Ed || **9** Vagere PEd || **10** illi : illi qui Ed | ire : esse PEd, ire P² || **11** Babilonius iste Ed

cere retrusit. Deinde mittuntur viginti pugnatores, duo scilicet insimul separatim, et illos similiter carcere mancipavit. Hiis itaque inspectis Karolus cunctisque super 25 hoc vehementer admirantibus neminem postea ausus est mittere ad expugnandum eum. Rotholandus tamen, princeps exercitus, vix impetrata a rege licencia, accessit ad gigantem bellaturus. Et timebat Karolus valde propter Rotholandum, quia adhuc iuvenis erat et tenere diligebat 30 eum. Orabatque ad Dominum, ut nepotem suum corroboraret in virtute sua. Gigans igitur ut vidit Rotholandum venientem ad se, statim rapuit eum sola manu dextera sicut in anteriores facere consueverat et misit eum ante se super equum suum. Cumque illum portaret versus opi- 35 dum, Rotholandus collectis viribus suis Domino confisus arripuit eum per mentum et evertit illum fortiter retro super equum, et ceciderunt ambo simul de equo prostrati solo. Statimque elevantur a terra ambo pariter et ascenderunt equos. Ilico Rotholandus comes spata sua evaginata, 40 que Durenda appellabatur, gigantem occidere putans equum eius solo ictu per medium trucidavit. Cumque Ferracutus super pedes esset spatamque evaginatam manu tenens ei minas intulisset, Rotholandus spata sua

34 in *om.* H || **44** minans H

Et fuit illius hec prima petitio, bellum
Ut Karolus quemvis contra se mitteret unum.
15 At Karolus meditans, quem mittere posset, Ogerum
Mittere decrevit, multa virtute repletum.
Quem Fernacutus respexit et ivit ad illum
Et complexus eum cunctisque videntibus, ipsum
Sicut ovem modicam deportans, ivit in urbem.
20 Reddidit hoc monstrum populum cum rege stupentem.
Corpore celsus erat, illius lata figura,
Longus erat nasus, digiti quoque brachia, crura.
Postea Renaldum Karolus transmisit; et ipsum
Mox Fernacutus secum portavit ut agnum.
25 Deinde duos equites Karolus subiunxit, Oellum
Et Constantinum, set cessavit cito bellum.
Nam Fernacutus validis utrimque lacertis
Amplexatus eos, secum portavit in urbem.
Postea bis denos equites rex misit, et ipsos
30 Continuo vicit et eos in carcere clausit.
Singula quid referam? Diomedes, Hector, Achilles,
Aiax, Ypomedon, Tydeus, Paris et Polinices,
Credo, quod hii missi si tunc a rege fuissent,
A Fernacuto devicti subcubuissent.
35 Ista videns Karolus, propter mirabile monstrum
Redditur attonitus, presumens mittere nullum.

16 virtute repletus cf. 2,123 || **30** carcere clausi Flodoard. Triumph. Ital. 3,2, c. 636 C || **35** mirabile monstrum Verg. Aen. 2,680

13 belli Ed || **14** ut : et L | quemquem Ed || **15** at : et L | que L | posse L | Rogerum L || **17** aspexit P, conspexit Ed || **18** et : est Ed | eum : ipsum PEd || **22** curva Ed || **23** Reynaldum L | transivit L || **25** subvixit L || **27** validis : erit validis L | utrisque Ed || **29** ipsis L || **31** Diomedor L || **32** Hippomedon Ed || **36** redditus P

in brachio, quo spatam suam gigans tenebat, illum percussit et minime eum lesit, sed tamen spatam eius a manu excussit. Tunc Ferracutus gladio amisso percutere putans pugno clauso Rotholandum, equum eius in fronte percussit, et statim equus corruens obiit.(69v) Deinde sine gladiis pedites usque ad nonam pugnis et lapidibus debellarunt. Die vero advesperascente impetravit trebas Ferracutus a Rotholando usque in crastinum. Tunc disposuerunt inter se, ut die crastina in bello sine equis et lanceis ambo pariter convenirent, et concessa pugna ex utraque parte unusquisque ad hospicium suum reversus est. Die autem altera summo diluculo separatim venerunt pedites in campo belli, sicut dispositum fuerat. Ferracutus tamen secum detulit gladium, sed nichil ei valuit, quia Rotholandus baculum quendam retortum et longum secum attulit, cum quo tota die illum percussit et minime eum lesit; percussit eciam eum magnis et rotundis lapidibus, qui in campo habundanter erant, usque ad meridiem illo sepe consenciente et eum nullo modo ledere potuit. Tunc impetratis a Rotholando trebis Ferracutus somno pregravatus dormire cepit. Rotholandus, ut erat iuvenis alacer et nobilis animi, tulit lapidem et supposuit capiti eius, ut libencius dormiret. Nullus enim Christianorum illum tunc

47 percussit H, *corr.* H || **49** equus] eius H

Tunc princeps belli Rotholandus rege vetante
Contra paganum voluit committere bellum.
Set vix obtinuit Rotholandus; nam iuvenilem
40 Et tenerum rex vidit eum, set corde virilem.
Tunc Dominum Karolus oravit, ut ipse gigantem
Sterneret atque suum vellet servare nepotem.
Cum Fernacutus Rotholandum vidit, in ipsum
Irruit et secum portavit eum resupinum.
45 Cum se portari Rotholandus vidit, in iram
Accensus validam, vires collegit et ipsam
Imploravit opem Domini. Mox ipse gigantem
Per mentum valide rapuit, retroque cadentem
Insequitur Rotholandus eum, pariterque ruentes
50 A propriis labuntur equis peditesque fuerunt.
Set pariter surgunt et equos ascendere statim
Festinant, iterum facturi bella vicissim.
Protinus eduxit Rotholandi dextera spatam,
Nomine Durendam, cupiensque ferire gigantem,
55 Illius percussit equum tam fortiter ictu
Uno, quod medium secuit, mirabile dictu.
Cumque gigas peditem se vidit, protinus ensem
Evaginavit, cepitque fremens Rotholando
Inculcare minas. Set magnanimus Rotholandus
60 Tanta vi percussit eum, quod spata gigantis

38 committere bella cf. 2,156 || **56** mirabile dictu cf. 2,40

39 Rotholandus : is corpore Ed || **40** hunc rex et tenerum vidit Ed | videns L || **41** Karolus Dominum Ed || **43** vidit Rotholandum Ed || **44** eum : equum Ed || **45** Rotholan L, Rotholandus L[2] || **47** mox : tunc PEd || **54** Durandam PEd | cupiens L, cupiensque L[2] || **56** secuit medium PEd || **58** ferviens L, furens Ed

occidere audebat nec ipse Rotholandus, quia talis erat inter illos institucio, quod si Christianus Sarraceno vel Sarracenus Christiano trebam daret, nullus ei iniuriam faceret, et si aliquis datam trebam ante diffidenciam frangeret, statim interficeretur. Ferracutus itaque, postquam sompno refectus est, evigilavit; et sedit iuxta eum Rotholandus cepitque eum interrogare, qualiter itaque fortissimus et durissimus habebatur, quia aut gladium aut lapidem aut baculum non formidabat. "Wulnerari," inquit gigans, "non possum, nisi per umbilicum." Quo audito Rotholandus tacuit et, quasi non intellexisset, aurem avertit; loquebatur enim ipse lingua Hispanica, quam Rotholandus satis intelligebat. Tunc gigans cepit Rotholandum aspicere et interrogare eum dicens: "Tu autem, quomodo vocaris?" "Rotholandus," inquit, "vocor." At ille: "Cuius generis," inquit, "es, qui tam fortiter me expugnas? Numquam actenus inveni hominem, qui me ita fatigare posset." "Francorum genere oriundus", inquit Rotholandus, "sum nepos Karoli." Ac Ferracutus ait: "Cuius legis sunt Franci?" Et Rotholandus: "Christiane legis," ait, "Dei gracia sumus, et Christi imperio subiacemus, pro eius fide, in quantum possumus, decertamus."

Decidit in terram. Qui nullo vulnere lesus
Atque carens gladio, clauso pugno Rotholandum
Impetiit minimeque valens sua vota replere,
Perculit eius equum. Percussus corruit ille.
65 Tunc ambo pedites pugnis certamina belli
Commisere diu; neuter potuit superari.
Occumbente die bellum cessavit utrimque,
Nam Fernacutus petiit trebas habuitque.
Tunc ambo pariter inter se disposuerunt,
70 Ut soli pedites belli certamen inirent.
Hoc ita concesso mox unus quisque recessit,
Mane quidem facto bellator uterque redivit.
Set Fernacutus gladium tulit, et Rotholandus
Arripuit baculum, longum tamen atque rotundum,
75 Percussitque diu baculo feriente gigantem,
Nec potuit duram pagani ledere pellem.
Tunc sibi conferri trebas petiit Rotholandus.
Moxque gigas cepit dormire, sopore gravatus.
Utque gigas posset dormire libencius, eius
80 Supposuit capiti lapidem comes ingeniosus.
Set Rotholandus eum noluit prosternere, ne, si
Frangeret has trebas, posset periurus haberi.

61 vulnere laesum Ov. Met. 12,421 || **65** certamina belli cf. 1,182 || **70** certamen inire Flodoard. Triumph. Ital. 3,2, c. 632 B || **78** sopore gravatum Flodoard. Triumph. Ital. 10,19, c. 782 D

62 puguo Ed | Rotholandus L || **63** impetivit P, invasit Ed || **64** percussit L, percutit Ed || **65** pugnis certamina belli : bellum certamine pugni Ed || **67** utrumque L || **70** certamine L || **72** quidam L || **73** Fernacutus : Saracenus Ed || **77** petiit trebas P || **78** mox L || **79** licencius L || **81** set : et L | renuit L

Tunc paganus audito Christi nomine ait: "Quis est ille 90
Christus, in quo credis?" Et Rotholandus: "Filius," in-
quit, "Dei patris, qui de virgine nascitur, cruce patitur, se-
pulcro sepelitur et ab inferis tercia die resuscitatur et ad
Dei patris dex(70^{r})teram regreditur." Tunc ille: "Nos cre-
dimus," inquit, "quia creator celi et terre unus est Deus, 95
nec filium habuit nec patrem, sed sicut a nullo generatus
est, ita neminem genuit. Ergo unus est Deus, non trinus."
"Verum dicis," inquit Rotholandus, "quia unus, sed cum
dicis, quia non trinus est, in fine claudicas. Si credis in
patre, crede in filio eius et spiritu sancto. Ipse enim Deus 100
pater est, filius est, spiritus sanctus est, unus Deus perma-
nens in tribus personis." "Si patrem," inquit Ferracutus,"
dicis esse Deum, filium Deum, spiritum sanctum Deum,
ergo tres Dii sunt, quod absit, et non unus Deus." "Ne-
quaquam," inquit Rotholandus, "sed unum Deum et tri- 105
num tibi predico. Et unus est et trinus est. Tote tres per-
sone coeterne sibi sunt et coequales. Qualis pater, talis
filius, talis spiritus sanctus. In personis est proprietas et
in essencia unitas et in maiestate adoratur equalitas. Tri-
num Deum et unum angeli adorant in celis, et Habraham 110
tres vidit et unum adoravit." "Hoc ostende," inquit gi-
gans, "qualiter tria unum sint." "Ostendam eciam tibi,"
ait Rotholandus, "per humanas creaturas. Sicut in cy-

Nam fuit inter eos belli conventio talis,
Ut mox occisus foret actor proditionis.
85 At cum paganus sompno fugiente refectus
Evigilasset, ait Rotholandus: "Cur ita pectus,
Fernacute, tuum nulla valet arte domari?
Namque tuum corpus nullo valet ense secari."
Respondens paganus ait: "Subcumbere mortis
90 Imperio nequeo, nisi ledar vulnere ventris."
Talibus auditis tacuit Rotholandus et aurem
Callidus avertit, quasi non intendere vocem
Illius posset, nam Fernacutus Hyberam
Linguam stridebat; Rotholandus noverat illam.
95 Tunc Fernacutus Rotholandum cernere cepit,
Dicens: "Scire nomen tuum volo." Cui Rotholandus:
"Si nomen queris, dicor Rotholandus." At ille:
"De qua gente venis, qui me tam fortiter armis
Hactenus expugnas? Numquam potui reperire
100 Quemquam tam fortem." Respondit ei Rotholandus:
"Si gentem queris, Francorum gente creatus
Sum, Karolique nepos, germani filius eius."
Deinde gigas: "Franci cuius sunt legis?" At ipse:
Dixit: "Nos colimus Christum, pro cuius amore
105 Ipsiusque fide sumus ad certamina prompti."
Statim paganus audito nomine Christi

98 fortiter armis Ilias Lat. 964 || **101** gente creatus Mart. 6,64,1

83 coniunctio Ed || **84** perditionis L || **88** *om.* Ed || **93** Heberam L || **94** lingua L || **95** *om.* Ed || **96** dicens : subdit Ed | tuum nomen PEd || **98** me tam : tantum P, tantis Ed || **104** dixit *om.* Ed | pro cuius amore : pro nobis in cruce passum Ed

thara, dum sonat, tria sunt, ars scilicet, corde et manus, et
una cythara est, sic in Deo tria sunt, pater et filius et spi- 115
ritus sanctus, et unus est Deus. Et sicut in amigdala tria
sunt, corium scilicet, testa et nucleus et una tamen amig-
dala est, sic tres persone in Deo sunt, et unus Deus est. In
sole tria sunt, candor, splendor et calor, et tamen unus est
sol. In rota plaustri tria sunt, medius scilicet, brachia et 120
circulus, et tamen una rota est. In temetipso tria sunt,
corpus scilicet, membra et anima, et tamen unus homo
es. Sic in Deo unitas et trinitas esse perhibetur." Tunc
Ferracutus ait: "Trinum Deum et unum esse intelligo.
Sed qualiter pater filium genuit, ut asseris, ignoro." "Cre- 125
dis," inquit Rotholandus, "quod Deus Adam fecit?"
"Credo," inquit gigans. "Quemadmodum," inquit Rotho-
landus, "Adam a nullo generatus est et tamen filios ge-
nuit, sic Deus pater a nullo generatus est et tamen filium
ineffabiliter ante omnia tempora divinitus, prout voluit, 130
genuit a semetipso." Et gigas: "Placet," inquit, "michi,
quod dicis, sed qualiter homo effectus est, qui Deus erat,

120 modius H || **128–129** et tamen filios genuit, sic Deus pa-
ter a nullo generatus est *om.* H

Intulit: "Ille quis est Christus?" Cui mox Rotholandus:
"Filius ipse Dei, natus de virgine, passus
In cruce pro nobis, tumulatus, deinde resurgens,
110 Mortem destruxit, post ad sua regna revertens."
Contra paganus inquit: "Nos credimus unum
Esse deum tantum, qui solus cuncta creavit.
A nullo genitus nullam prolem generavit,
Nullus ei genitor; nullus sibi filius, ipse
115 Unus, non trinus." Respondit ei Rotholandus:
"Unum cum dicis, bene dicis. Set quia trinum
Esse negas, erras. Pater est et filius eius,
Sanctus spiritus est, non tres dii, set Deus unus.
Ipse pater deus est, deus est et filius, almus
120 Spiritus ipse deus, persone tres, Deus unus."
Contra paganus: "Recolo modo te, Rotholande,
Tres dixisse deos, nos unum credimus esse.
Nescimus, quis sit pater aut quis filius aut quis
Sanctus spiritus; hoc scimus, quod sit deus unus."
125 Cui Rotholandus: "Eum nos affirmamus et unum
Et trinum; quam rem si vis cognoscere, crede.
Est in personis trinus deus, in deitate
Unus, et una tribus maiestas parque voluntas.
Quod dicam, scriptura refert: Tres vidit et unum
130 Sanctus adoravit Abraham, tres credidit unum.
Et velut in cythara tria sunt: ars, corda manusque,

112 qui cuncta creavit   Paul. Nol. Carm. 32,217, p. 337

107 ille quis est : et quis enim Ed | mox *om.* P, dux Ed || **113** prolem nullam Ed || **119–120** *om.* PEd || **124** spiritus : spiritus est Ed | sit *om.* Ed || **129** quos Ed | dicam : dico P, nobis Ed | vidit et : credidit PEd || **131** cythara : chichera L

penitus ignoro." "Ille," inquit Rotholandus," qui fecit celum et terram et omnia creavit ex nichilo, ipse fecit humanari filium suum in virgine, sine humano semine, sed 135
suo sacro spiramine." "In hoc," inquit gigas, "laboro, qualiter sine humano semine, ut asseris, nascitur de virginis utero." Et Rotholandus ait: "Deus, qui Adam sine semine alterius hominis formavit, ipse filium suum sine semine hominis de virgine nasci fecit. Et sicut de Deo patre nas- 140
citur sine matre, sic ex matre nascitur sine homine patre." "Valde," inquit gigas, "erubesco, quomodo virgo sine homine (70[v]) genuit." "Ille," inquit Rotholandus, "qui fabe gurgulionem et arbori et glisci facit gignere vermem, et multos pisces et vultures et apes et serpentes sine mas- 145
culino semine facit parere prolem, ipse virginem intactam absque virili semine fecit gignere Deum et hominem. Qui primum hominem sine alterius semine, ut dixi, fecit, facile potuit facere, ut filius eius homo factus de virgine sine masculino concubitu nasceretur." "Bene," inquit 150
Ferracutus, "potest esse, quia de virgine natus fuit, sed si filius Dei fuit, nullatenus, ut asseris, mori potuit in cruce.

144 et glisci] et *om.* H

Una tamen cythara, sic in sancta deitate
Tres sunt persone, tamen hee tres sunt deus unus.
Ecce videre potes, quia nux tria continet in se,
135 Testam cum nucleo, cum cortice, nux tamen una.
In radio solis tria sunt: lux, candor et ardor.
Sol tamen est unus, non plures credimus esse.
Sunt tria, que plaustri rota continet, et tamen una
Est rota; persone tres sunt, deitas tribus una.
140 Sic mortalis homo tria continet, et tamen unus
Est homo; sic vere deus est et trinus et unus."
Cui paganus ait: "Iam nunc intelligo trinum
Esse deum propter personas, in deitate
Unum. Set michi dic, quo facto, qua ratione
145 Patre deo genitus dicatur filius esse?"
Cui Rotholandus ait: "An credis, quod Deus Adam
Fecit?" "Credo" gigas inquid. "Bene credis. Et ipsum
Nullus homo genuit?" "Nullus". "Bene dicis. Et Adam
Heredes genuit?" "Ita plane." "Sic pater ipse
150 A nullo genitus genuit; set filius eius,
Patre deo genitus, numquam cum tempore cepit."
At paganus ad hec: "Iam dic michi, qualiter ipse
Filius humanam naturam sumpsit et unde
Absque maris cohitu potuit de virgine nasci."
155 Respondens Rotholandus ait: "Deus omnia fecit.
Omnia qui fecit, Christum de virgine nasci

154 cf. 4,156; 4,159 || **155** pater omnia fecit Paul. Nol. Carm. 32,212, p. 337

132 cythara : chichera L || **134** quia : quod L | nux tria : iam nux Ed || **139–140** *om.* P, *in marg. add.* P[2] || **142** nunc : non Ed || **145** esse : eius P, *add.* esse P[2] || **151** cum : eum P, tamen Ed || **152** ad hec : adhuc Ed | iam *om.* Ed || **156** que L

Nasci, ut dicis, potuit, sed si Deus fuit, nequaquam mori potuit, Deus enim numquam moritur." "Bene," inquit Rotholandus," dixisti, quia de virgine nasci potuit. Ecce, 155 quia ut homo natus fuit. Si natus est ut homo, igitur mortuus est ut homo. Quia omnis, qui nascitur, moritur. Si credendum nativitati, credendum est passioni simul vel resurreccioni." "Quomodo," inquit Ferracutus, "credendum est resurreccioni?" "Quia," inquit Rotholandus, "is, 160 qui nascitur, moritur, et qui moritur, tercia die vivificatur." Tunc gigas audito verbo miratus est multum dixitque ei: "Rotholande, cur tot verba inania michi profers? Inpossibile est, ut homo mortuus denuo ad vitam resurgat." "Non solum," inquit Rotholandus, "Dei filius a mor- 165 tuis resurrexit, verum eciam omnes homines, qui fuere ab inicio mundi usque ad finem, sunt resurrecturi *ante eius tribunal* et accepturi meritorum suorum stipendia, *prout gessit unusquisque sive bonum sive malum.* (2. Cor. 5,10) Ipse Deus, qui modicam arborem in sublime crescere fa- 170

Fecit et hoc fecit solo spiramine sancto,
Non mediante viro. Nam Christus purus et omni
Labe carens voluit de pura virgine nasci,
160 Ut genus humanum, quod captivaverat hostis
Humani generis, virtute sua revocaret."
Contra paganus: "Christus de virgine natus
Si deus ipse fuit, numquam fuit in cruce passus.
Nam numquam moritur deus immortalis, et esse
165 Semper habens, numquam moriendo desinit esse."
Cui Rotholandus ait: "Quoniam de virgine natus
Est, ut homo natus est, hoc ita credere debes.
Si vero natus ut homo de virginis alvo,
Mortuus est ut homo. Moritur, qui nascitur; ergo
170 Si natum credis, et passum crede. Sepultus
Ipse resurrexit et celi regna petivit."
Talibus auditis paganus ait: "Rotholande,
Talia cur profers, michi cur tot inania verba
Spargis? Dico tibi, quod nulla mortuus arte
175 Ad vitam redeat, poteritque resurgere numquam.
Si Christus morti potuit subcumbere, numquam
Ad vitam potuit revocari; sic ego credo."
Cui Rotholandus ait: "Sic debes credere, quod, qui
Omnes vivificat, potuit se vivificare.

162 virgine natus cf. 3,94 || **168** natusque dei de virginis alvo Arator Act. 2,300, p. 94 || **171** caelorum regna petivit Vita Galli 1242, MGH Poetae 2, p. 460 || **173** inania verba Verg. Aen. 10,639

157 hec L | hoc fecit : ipse fuit Ed || **158** nam Christus : factus nam Ed || **159** pura *om.* P, sacra Ed || **160** ut : et L | captiverat Ed || **163** numquid Ed || **164** nam : et Ed | numquid Ed || **165** numquid moribundus deserit Ed | desinet P || **167** natus est : natus fuit Ed || **173** tot : et Ed || **175** potuitque L

cit et granum frumenti mortuum in terra ac putrefactum reviviscere facit, crescere ac fructificare, ille cunctos propria carne et spiritu de morte ad vitam resuscitare in die novissimo facit. Leonis misticam naturam tibi assume. Si die tercia leo catulos suos mortuos anhelitu suo vivificat, 175 quid mirum, si Deus pater filium suum die tercia a mortuis resuscitavit? Nec novum tibi videri debet, si Dei filius ad vitam rediit, cum multi mortui ante eius resurreccionem ad vitam redissent. Si Helias et Heliseus facile defunctos suscitarunt, facilius Deus pater illum suscita- 180 vit. Et ipse, qui plures mortuos ante suam passionem suscitavit, facile a mortuis resurrexit, et a morte nullatenus teneri potuit, ante cuius conspectum mors ipsa fugit, ad cuius vocem mortuorum turma surrexit." Tunc Ferracutus (71r): "Satis", inquit, "cerno que dicis, sed qualiter ce- 185 los penetravit, ut dixisti, prorsus ignoro." "Ille," inquit Rotholandus, "qui de celis descendit, polos facile ascendit. Qui facile per semetipsum resurrexit, facile celos penetravit. Exemplum multarum rerum tibi assume. Vides

177 videre H || **180** defunctis H

180 Nec solum Christus, set nos moriemur; et omnes
Deinde resurgentes adstabimus ante tribunal
Christi terrificum, pro factis premia nostris
Digna recepturi. Iuxta quod gessimus ante
Adventum mortis, retributio digna sequetur."
185 Talia dicenti paganus ait: "Rotholande,
Hec predicta satis video. Set qualiter ipse
Celos ascendit, ego prorsus nescio, quippe
Incarnatus homo depressus pondere carnis.
Credo, quod ad celos numquam conscendere possit."
190 Cui Rotholandus ait: "Hominum stultissime, Christus
Qui, quando voluit, celi descendit ab arce,
Cum voluit, potuit ad celi regna redire.
Cerne mole cursum! Quantum descendit ad yma
Hec, post descensum tantum conscendit ad alta.
195 Est aliud. Volucris alicuius cerne volatum!
Quantum descendit, valet ascendere tantum.
Si descendisti de quodam culmine montis,
Ipse potes rursus illic ascendere, si vis.
Sic dominus Christus celo descendit ab alto,
200 Ad quod conscendit, depressus pondere nullo."
Tunc paganus ait: "Sub tali conditione
Tecum pugnabo, quod, si tua creditur esse
Vera fides, vincar; si mendax, sis modo victus.
Sit laus victori, rubor et confusio victo."

181 ante tribunal Iuvenc. 4,590, p. 137 || **201** sub tali conditione cf. 2,181

180 nos : no L || **191** decedit L || **192** dum volnit Ed || **193–200** *om.* PEd || **194** concedit L, conscendit *conieci* || **203** modo : michi Ed || **204** fusio L

rotam molendi, quantum ad yma de supernis descendit, 190
tantum de infimis ad sublimia ascendit. Avis volans in
aere quantum descendit, tantum ascendit. Tu ipse, si
forte de quodam monte descendisti, bene potes iterum
redire, unde descendisti. Sol ab horiente heri surrexit et
ad occidentem occubuit, et hodie similiter in eodem loco 195
surrexit. Unde ergo filius Dei venit, illuc rediit." "Tali
ergo pacto," inquit Ferracutus, "tecum pugnabo, quod si
verax est hec fides, quam tu asseris, ego victus sim, et si
mendax est, quod tu victus sis, et sit genti vestre iugiter
obprobrium, victoris autem laus et honor in eternum." 200
"Fiat," inquit Rotholandus. Itaque bellum ab utroque
corroboratur, et ilico Rotholandus paganum aggreditur.
Tunc Ferracutus eiecit ictum spata sua super Rotho-
landum, sed ipse Rotholandus saltavit ad levam et exce-
pit ictum spate eius in baculo suo. Interea absciso baculo 205
Rotholandi irruit in eum ipse gigas et arripiens eum levi-
ter inclinavit subter se ad terram. Statim agnovit Rotho-
landus, quod tunc nullo modo ab eo evadere poterat et
cepit in auxilium invocare filium beate virginis Marie et
erexit se Deo donante aliquantulum et revolvit eum sub- 210
ter se et misit manum suam ad mucronem eius et punxit
parumper eius umbiculum et evasit ab eo. Tunc excelsa

190 totam H ‖ **191** sublima H ‖ **210** super H ‖ **211** pugsit H ‖
212 eius *om.* H

205 Cui Rotholandus ait: "Sic sic contingat, ut ille,
Cuius recta fides, palmam mereatur habere."
Protinus aggreditur audax Rotholandus eundem
Paganum baculo, cupiensque ferire gigantem
Non potuit, quoniam paganus callidus ictum
210 Previdit baculi. Tunc irruit in Rotholandum
Fernacutus, eum cupiens occidere spata
Iniecta. Set eum decepit opinio falsa,
Namque nepos Karoli retro resilivit et ictum
Iniecte spate, cum vidit, reppulit a se
215 Opposito baculo. Quem sevi spata gigantis
Dissecuit, statimque fuit Rotholandus inhermis.
Cum vero perspexit eum paganus inhermem
Absciso baculo, statim ruit in Rotholandum.
Quem Fernacutus sub se prostravit et ipsum
220 Prostratum duris cepit contundere pugnis.
Cum Rotholandus ita se tanta mole videret
Oppressum, cernens, quod non evadere posset,
Imploravit opem Domini sancteque Marie
Virginis auxilium, dicens: "O virgo beata,
225 Sancta parens Christi, quem tu virgo genuisti
Insolito more, nullo vexata dolore,
Subsidium deposco tuum, Christumque precare,
Ut michi nunc sit in auxilium, pro cuius amore
Non timui contra paganum bella subire."
230 Hec cum dixisset, Domino donante levavit

207 audax : udax L || **210** prevenit Ed || **211** Ferracutus Ed || **213** retro : vir post Ed || **216** desecuit P || **217** perlexit L, prospexit Ed || **218** ruit *om.* Ed || **219** Ferracutus Ed || **226** in solito LEd || **228** ut : et L | nunc *om.* Ed

voce cepit deum suum invocare gigas dicens: "Mahumeth, Mahumeth, deus meus, succurre michi, quia iam morior." Et statim ad hanc vocem occurrentes Sarraceni 215 rapuerunt eum portantes manibus versus opidum. Porro Rotholandus iam ad suos incolumis redierat. Et confestim Christiani una cum Sarracenis, qui Ferracutum deferrebant, in opidum, quod erat super urbem, ingenti impetu ingrediuntur. Sicque gigante peremto urbs et 220 castrum capitur et bellatores a carcere eripiuntur.

Cap. XVIII

Post exiguum vero tempus relatum est imperatori nostro, quod apud Cordubam Ebraim, rex Sibilie, et Altumaior, qui de bello Pampilonensi olim fugerant, expectabant eum causa bellandi. Et venerant ad eos viri bellatores in auxilium de septem urbibus, Sibilia scilicet, Granada, 5 Desativa, Denia, Ubeda, Abula, Baetia, et disposuit Karolus rex ire ad bellum contra illos. Cum itaque Cordubam cum exercitu suo appropinquaret, exierunt reges prefati cum exercitibus suis contra eum armati longe ab urbe tribus miliariis. Et erant Sarraceni circiter decem milia, no- 10 stri vero ferme sex milia. (71v) Tunc disposuit Karolus

184 veniant H || **6** Abula *om.* H

Se, quamvis modicum, Fernacutumque revolvit
Subter se, cuius mucronem sumpsit et ipsum
In medio ventris pupugit, statimque recessit.
Tunc Fernacutus mortali vulnere lesus
235 In medio ventris, exclamavit moribundus:
"O Maumeth, Maumeth, qui maximus es deus, ecce
Iam morior, morior. Succurre michi morienti!"
Protinus audita morientis voce ruerunt
Undique pagani, corpusque suum rapuerunt.
240 Quod cum deferrent et ad urbem ferre studerent,
Et Franci proceres illos deferre viderent,
Aggrediuntur iter ipsosque secuntur et urbem
Intrant et castrum capiunt, quod erat super urbem.
Tunc Karolus victor urbem castrumque subegit
245 Et bellatores clausos e carcere traxit.
Sic Fernacutum Rotholandus vicit et ipsum
Auxilio Christi proprio mucrone peremit.

De bello larvarum

Hiis ita completis Ebroym, rex Sibiliensis,
Militibus validis valde munitus et armis
250 Mandavit Karolo, quod causa Martis agendi

234 vulnere laesum cf. 4,61 || **247** mucrone peremit cf. 3,245

231 modicam L | Fervacutumque Ed | resolvit Ed || **232** mucrone L | sumpsit : cepit Ed || **233** punxit L || **234** Ferracutus Ed || **235** exclavit P, *corr. in marg.* P² || **236** Mahoumet P || **237** iam : nunc PEd || **240** cum : non L | ferire L || **245** e : de PEd | clausit P, traxit P² || **247** *titulum om.* P || **248** completis : finitis Ed || **250** Marti L

exercitum suum in tribus turmis, quarum prima militum probatissimorum fuit, secunda peditum, ultima vero militum extitit. Et Sarraceni similiter fecerunt. Cumque appropinquaret iubente Karolo turma militum nostrorum 15 contra primam turmam militum paganorum, venerunt ante singulos equos eorum singuli pedites, habentes larvas barbatas et cornutas demonibus consimiles, tenentesque singuli singula tympana, que manibus fortiter percuciebant. Quorum voces et sonitus equi nostrorum 20 militum mox ut audierunt terribilesque illorum similitudines viderunt, nimis pavefacti retro quasi amentes fugere ceperunt, et nullatenus milites eos retinere valebant. Cumque ille due turbe nostrorum exercituum primam turmam robustorum fugere viderunt, in fugam omnes 25 converse sunt. Quo viso Karolus supra modum miratus est, donec cognovit, quare ita fieret. Tunc Sarraceni valde gavisi retro lento gradu insecuti sunt nos, quousque ad quendam montem pervenimus, qui ab urbe fere duobus miliariis distat. Ibi vero omnes coadunati ex nobismetip- 30

24 exercitum H || **25** fuga H

Expectaret eum. Mox ad certamina belli
Ire parat Karolus, et nullam deinde quietem
Perciperet, donec vicisset funditus hostem.
Cumque propinquaret prefati regis ad urbem,
255 Cum Sarracenis multis ad bella venire
Ipsum prospexit, equitum bis milia quinque
Secum ducentem. Karolus sex milia ferme
Duxit et ex ipsis tres turmas fecit. Et ipsi
Pagani de se tres turmas composuerunt.
260 Mox equites nostri properant ad bella; set ipsi
Pagani larvis barbatis undique tecti,
Demonibus valde similes, et acuta gerentes
Cornua, ceperunt contundere timpana crebris
Ictibus, ut nostros terreret equos sonus ille.
265 Protinus ut clamor aures percussit equorum,
Quos stupidos sonitus reddebant atque figure
Terribiles, velut amentes concurrere retro
Ceperunt, nec eos equites retinere valebant.
Quo viso Karolus mirari cepit et artem
270 Novit, que nostros reddebat equos stupefactos.
Tunc Sarraceni nostris fugientibus egro
Ceperunt instare gradu, nostrosque secuti
Sunt lento gressu, donec convenimus omnes
Ad quendam montem. Tunc pagani redierunt.
275 Nosque super montem tentoria fiximus, usque

251 certamina belli cf. 2,115 || **256** milia quinque cf. 2,206

254 propinquasset PEd || **256** perspexit P || **258** ipsi : ipsum L || **259** composuere PEd || **260** preparant L || **263** cepernnt Ed || **264** equo L, oc equos P || **267** amantes L || **268** eos : equos Ed || **275** nosque : moxque Ed

sis asylum fecimus illos expectantes ad bellum. Quod illi
videntes aliquantulum retro abierunt. Ilico tentoria no-
stra fiximus ibi manentes usque in crastinum. Mane au-
tem facto acceptoque consilio Karolus cum omnibus pug-
natoribus precepit, ut omnes equites exercitus nostri 35
equorum suorum capita lintheis et pannis velarent, ne
larvas nefandorum perspicerent, et aures eorum similiter
obturarent, ne tympanorum sonitus audirent. Ars mirabi-
lis! Ilico clausis oculis et auribus equorum acesserunt
confidenter ad pugnam parvipendentes subdolos sonitus 40
impiorum. Tunc constanter nostri expugnaverunt eos a
mane usque ad meridiem et multos illorum occiderunt,
non tamen usque ad omnium interitionem. Et erant om-
nes simul Sarraceni coadunati, et in medio illorum erat
plaustrum, quod octo boves trahebant, super quod vexil- 45
lum eorum elevabatur. Mosque illorum erat, quod nemo
illorum fugeret de bello, quamdiu vexillum erectum vide-
ret. Quod cum Karolus agnovisset, lorica et galea et spata
invincibili septus, divina obumbratus virtute, ingressus
est inter acies iniquorum precipitando eos ad dexteram et 50

32 videntes] audientes H || 33 manentes] manestes H || 37 pe-
raspicerent H || 38 audirent *om.* H

Mane quiescentes. Set cum clarescere cepit
Crastina lux, Karolus cum pugnatoribus usus
Sano consilio, cunctis precepit, ut omnes
Quadrupedum tegerent oculos, ne cernere possent
280 Larvas terribiles, et festinanter equorum
Aures obstruerent, ne possent timpana sive
Voces audire. Fuit ars mirabilis ista.
Et sic quadrupedum clausis oculis et eorum
Auribus obstrusis cum larvis timpana Franci
285 Spernentes, rursus properant ad bella reverti.
Tunc cum paganis bellum commisimus; et sic
Maxima bellando pars est consumpta diei.
Set donante Deo cessit victoria nobis,
Hostibus adversis ex magna parte peremptis,
290 Non tamen omnino. Nam paganis fuit hic mos
Et ratio semper, quod tergum nullus eorum
Verteret a bello, dum signum stare videret.
Quod postquam Karolus cognovit, protinus armis
Induitur, fultusque Dei virtute potentis
295 Irruit in medias acies, spataque timenda
Detruncavit eas, donec pervenit ad ipsum

279 cernere possem Ov. Pont. 4,4,13 || **294** virtute potenti cf. 1,174

280 equorum : eorum Ed || **284** obtrusis P || **285** spernentes : opperiunt Ed | bella reverti : bellaque Franci Ed || **288** *om.* Ed || **289** aversis Ed | perentis L || **290** nam : sed Ed | paganus Ed || **292** viderent Ed || **296** eos Ed

levam, quousque pervenit ad plaustrum. Tunc Gaudiosa
perticam, que vexillum sustentabat, abscidit et labarum
evertit, et statim omnes Sarraceni huc illucque dispersi
fugere ceperunt. Ilico facto utrorumque exercituum mag-
no clamore et impetu octo milia Sarracenorum interfici- 55
untur, et rex Sibilie (72[r]) Ebrahim occiditur, et Altumaior
cum duobus milibus Sarracenorum ingressus est urbem.
Crastina vero die tandem victus reddidit imperatori no-
stro urbem, tali scilicet pacto, ut baptismum subiret im-
periisque Karoli subiaceret et urbem deinceps de illo te- 60
neret. His itaque gestis terras et provincias Hyspanie
pugnatoribus et gentibus suis, illis scilicet, qui in patria
illa manere volebant, Karolus divisit: terram Navarrorum
et Basclorum Normannis, et terram Castellanorum Fran-
cis, et terram Nagere et Cesarauguste Grecis et Apulis, 65
qui erant in nostro exercitu, et terram Aragonis Pictavis,
et terram Alandaluf iuxta maritimam Theuthonicis, et
terram Portugallorum Dacis et Flandris dedit. Terram Ga-
lacie Franci inhabitare noluerunt, quoniam aspera illis vi-
debatur. Nemo postea fuit, qui auderet Karolum in Hy- 70
spania impugnare.

51 Gaudiosam H ‖ **52** particam H ‖ **56** Altimaior H ‖ **64** Basdorum H ‖ **68** Frandris H ‖ **69** voluerunt H ‖ **70** audet H

Plaustrum, quod signum portabat. At ipse columpnam
Desecuit mediam, signum fatale ferentem,
Et sic evertit labarum. Tunc protinus omnes
300 Terga dedere fuge, loca per diversa vagantes.
At Sarracenis retro fugientibus instant
Francorum proceres, truncantes undique, donec
De Sarracenis truncarunt milia septem.
Rex Ebroym truncatur ibi, rex Sibiliensis.
305 Protinus ingressus est Altumaior in urbem,
Qui contra Karolum moturus prelia, regi
Sibilie dabat auxilium. Set denique victus,
Reddidit hanc urbem sub tali conditione,
Quod statim Christi baptismum sumeret, urbem
310 A Karolo retinens et eidem subditus esset.
Hiis ita completis totam terram regionis
Hyspanie Karolus sibi subdidit, oppida, villas,
Urbes cum castris; nullusque resistere deinceps
Illi presumpsit in cunctis partibus illis.

308 sub tali conditione cf. 2,181; 4,201 || **314** in partibus illis Ov. Ars 2,707

297 at ipse : sive Ed | columpna L || **298** *om.* Ed | dissecuit L || **299** labarum : currum Ed || **301** atque Ed || **306** morturus L || **307** Sibilia L || **311** completis : finitis Ed || **314** *titulum om.* P

Cap. XIX

Tunc dimissis maioribus exercitibus suis Karolus in Hyspania beati Iacobi limina adiit, et quos in illa patria habitantes repperit Christianos, edificavit; illos vero, qui ad perfidiam Sarracenorum reversi fuerant, aut gladio peremit, aut in Galliam exiles misit. Tunc constituit per civi- 5
tates antistites et presbiteros et adunato in Compostella urbe episcoporum et principum concilio instituit amore beati Iacobi, quod cuncti presules et principes et reges christiani, Hyspani scilicet et Galeciani, presentes et futuri, episcopo sancti Iacobi obedirent. Apud Yriam presu- 10
lem minime instituit, quia illam pro urbe non reputavit, sed villam subiectam sedi Compostolanensi esse precepit. Tunc in eodem concilio ego Turpinus Remensis archiepiscopus beati Iacobi basilicam et altare cum novem episcopis Karoli rogatu Kalendis Iulii honorifice dedicavi. Et 15
subiugavit rex eidem ecclesie totam terram Hyspanicam et Galecianam deditque ei in dote precipiens, ut unusquisque possessor uniuscuiusque domus tocius Hyspanie et Galecie quatuor nummos annuatim ex debito daret et ab omni servitute rege precipiente liberi essent. Et consti- 20

19 2 adiit *om.* H || 6 Compestella H || 9 Galeciam H || 19 darent H

tuitur die illa, ut illa ecclesia amplius vocetur Sedes Apostolica, eo quod ibi apostolus Iacobus requiescat, et in ea episcoporum tocius Hyspanie crebro concilia teneantur, et virge episcopales et regales corone per manus episcopi
25 eiusdem urbis ad decus apostoli Domini prebeantur. Et si fides in aliis urbibus peccatis populorum exigentibus vel dominica precepta defecerint, ibi consilio eiusdem episcopi reconcilientur. Et merito in illa ecclesia venerabili fides reconciliari et stabiliri decernitur, quia sicut per bea-
30 tum Iohannem Evan(72v)gelistam, beati Iacobi fratrem, in orientali parte apud Ephesum Christi fides et apostolica sedes instituitur, sic per beatum Iacobum in occidentali parte regni Dei apud Galeciam fides eadem et apostolica sedes constituitur. Hee sunt proculdubio sedes:
35 Ephesus scilicet, que est ad dexteram in regno terreno Christi, et Compostella, que est ad sinistram, que videlicet sedes hiis duobus fratribus, filiis Zebedei, in divisione provinciarum contigerunt. Qui ipsi petierant a Domino, ut *unus ad dexteram* in regno eius *sederet* et *alius ad levam.*
40 (cf. Marc. 10,37) Tres apostolicas sedes principales pre omnibus sedibus in orbe merito christiana religio vene-

41 venari H

rari precipue consuevit, Romanam scilicet, Galecianam et Ephesinam. Sicut enim tres apostolos, Petrum scilicet, Iacobum et Iohannem, pre omnibus apostolis Dominus instituit, quibus sua secreta ceteris plenius, ut in evangeliis patet, revelavit, sic per eos tres has sedes pre omnibus cosmi sedibus reverendas constituit. Et merito hee sedes dicuntur principales, quia sicut hii tres apostoli dignitatis gracia ceteros precesserunt apostolos, sic loca illa sacrosancta, in quibus predicaverunt et sepulti fuere, dignitatis excellencia omnes tocius orbis sedes iure precedere debent. Iure Romana sedes apostolica prima ponitur, quia eam princeps apostolorum Petrus predicacione sua et proprio sanguine et sepultura dedicavit. Compostella namque sedes secunda merito, quia beatus Iacobus, qui inter ceteros apostolos precipua dignitate et honore et honestate maior post beatum Petrum et in celis primatum super illo tenet, prius martirio laureatus eam sua predica-

51 debetur H

cione olim munivit, sepultura sua sacratissima consecra-
60 vit et miraculis adhuc perlustrat et indeficientibus
beneficiis indesinenter ditare non cessat. Tercia sedes rite
Ephesus dicitur, quia beatus Iohannes Evangelista in ea
evangelium suum, scilicet: *In principio erat verbum,* (Ioh.
1,1) eructavit coadunato episcoporum concilio, quos ipse
65 per urbes disposuerat, quos etiam in apocalipsi sua *angelos*
vocat, (Apoc. 1,20) eamque doctrina sua et miraculis et
basilica, quam in ea edificavit, immo propria sepultura
consecravit. Si ergo aliqua iudicia aut divina aut humana
in aliis sedibus orbis sua difficultate forte terminari ne-
70 queunt, in hiis tribus sedibus tractari et diffiniri legitime
debent. Itaque Galecia in primis temporibus a Sarracenis
expedita virtute Dei et beati Iacobi et auxilio Karoli con-
stat honesta usque in hodiernum diem in fide orthodoxa.

65 deposuerat H, *correxi*

Cap. XX

Et erat Karolus capillis brunus, facie rubeus, corpore decorus et venustus, sed visu efferus. Statura vero eius erat (73r) in longitudine octo pedum, suorum scilicet, qui erant longissimi, amplissimus renibus, ventre congruus, brachiis et cruribus grossus, omnibus artubus fortissimus, 5 certamine doctissimus, miles acerrimus, habebat in longitudine facies eius unum palmum et dimidium, et barba unum, et nasus circiter dimidium, et frons eius erat unius pedis, oculi leonum, scintillantes ut carbunculus. Supercilia oculorum eius dimidium palmum habebant. Statim 10 perterritus erat, quem ipse ita commotus apertis oculis respiciebat. Cingulum, quo ipse cingebatur, octo palmis extensum habebat, preter illud, quod dependebat. Parum panis commedebat, sed quartam partem arietis, aut gallinas duas, aut anserem, aut spatulam porcinam, aut pavo- 15 nem, aut gruem, aut leporem integrum commedebat. Modicum vinum et limpham sobrie bibebat. Tante forti-

20 14 gaulinas H || 17 limpham] aquam limpham H

De persona Karoli et fortitudine eius

315 Set quia nos Karoli partim descripsimus actus,
Eius personam volumus depingere: Crine
Brunus erat, rubeus facie, speciosus honesto
Membrorum ductu, visu ferus et metuendus.
Corpore longus erat, ita quod mensura venusti
320 Corporis octo pedes compleret et insuper unum;
Renibus amplus erat, mediocri congruus alvo,
Bracchia grossa gerens et crura, per omnia membra
Magnifica virtute potens in turbine belli,
Doctus et intrepidus ad cuncta pericula promptus.
325 Palmum complebat facies sua dimidiumque,
Nasus cum barba complebat circiter unum.
Frons erat unius pedis, et feritate leonis
Frendebant oculi rutilantes ut vapor ignis.
Longa supercilia sub magna nube latentes
330 Velabant oculos. Statim perterritus esset,
Si quem perspiceret oculis iratus apertis.
Zonaque, qua Karolus se precingebat, habebat
Quinque pedes, preter quod dependebat. Edebat
Exiguum panis, set manducare solebat

315 sqq. cf. Einhard, Vita Karoli cap. 22–24 || **322** omnia membra Lucan. 10,381

316 dispergere L | crinis Ed || **317** brunus : huius Ed | rubens P || **318** dictu L || **319** longus : levis Ed | ita quod : pariter Ed | venusta Ed || **321** mediocriter Ed || **322** curva Ed || **324** *om.* Ed | promptus : belli P || **325** palmo Ed | dimidioque Ed || **326** replebat Ed || **328** candebant Ed | ut vapor : fulgur ut Ed || **330** velebant L || **331** prospiceret Ed || **332** perfigebat L

tudinis erat, quod militem armatum super equum sedentem a vertice capitis usque ad bases simul cum equo uno ictu propria spata seccabat. Quatuor ferraturas equo- 20 rum simul manibus facile extendebat. Militem armatum rectum stantem super palmam suam a terra usque ad capud suum sola manu velociter elevabat. Et erat donis largissimus, iudiciis rectissimus, locucionibus luculentus. In quatuor solempnitatibus per circulum anni precipue cu- 25 riam suam in Hyspania tenens, coronam regiam et sceptrum gestabat. Circa lectum eius per singulas noctes assidue centum viginti fortes orthodoxi constituebantur ad custodiendum eum, quorum sexaginta primam vigiliam noctis agebant, decem scilicet ad capud et decem ad pe- 30 des, decem ad dexteram et decem ad levam, manu dextera nudam spatam et sinistra ardentem candelam tenentes. Eodem modo secundam vigiliam alii viginti. Similiter alii quadraginta terciam vigiliam noctis usque ad diem dormientibus aliis observabant. Sed si quem magna eius 35

23–24 et erat donis largissimus, iudiciis rectissimus *om.* H || **24** loculentus H

335 Ex facili quartam partem vervecis in una
Cena, gallinasve duas. Cum maximus anser
Apponebatur illi, totum comedebat.
Porcinam spatulam seu pavonem, leporemve,
Sive gruem totam ventri mandabat egeno.
340 Exiguum vini, set aquam, que sorde carebat,
Sepe bibebat. Erat tante virtutis, ut unum
Armatum proprio mucrone secaret equumque.
Quatuor ex facili manuum virtute suarum
Hic ferraturas curvare solebat equorum.
345 Largus erat donis, sermone benignus, amator
Iuris, iudicio iustus, sectator honesti,
Cultor iusticie, plenus pietate, modestus
Eloquio, sensu discretus, corpore castus,
Ecclesiam sanctam venerans super omnia, fortis
350 Fortibus, infirmus infirmis, omnibus omnis.
Qui ter sive quater portare solebat in anno
Letus et exultans regali more coronam:
In festo Pasche, Pentecostes Dominique
Natalis, sancti Iacobi dyadema ferebat.
355 Sicubi pergebat, statim prefulgidus ensis
Precedebat eum; sic est mos imperialis.

346 servator honesti Lucan. 2,239; cf. 6,53 || **347** iustitiae cultor Lucan. 2,389 || **348** corpore castus Walahfr. Carm. 2,23, p. 297 || **349** super omnia Paul. Nol. Carm. 19, 639, p. 140 || **350** factus sum infirmis infirmus ... omnibus omnia factus sum I Cor. 9,22–24

336 gallinas L | ancer Ed || **337** apponabatur L || **338** spatam Ed || **339** mendabat Ed || **342** uqumque L || **346** spectator || **351** qui : is Ed || **352** letus et : laculam Ed || **356** ipsius illustrem faciem de more preibat Ed

gesta amplius delectaverit audire, enarrare nobis magnum est et honerosum: Quemadmodum Galafrus, amirandus Toleti, illum in pvericia exulatum ornavit habitu militari in palacio Toleti, et quomodo idem Karolus postea amore eiusdem Galafri occidit in bello Braimantum, magnum 40 ac superbum regem Sarracenorum, Galafri inimicum, et qualiter diversas terras ac urbes adquisivit, et trino nomini subiugavit, et quomodo abbacias multas et ecclesias per mundum instituit, et quomodo multorum sanctorum corpora et reliquias in auro et argento collocavit, (73[v]) et 45 qualiter lignum dominicum secum attulit, unde multas ecclesias ditavit, scribere nequeo; magis deficit manus et calamus quam eius hystoria. Quemadmodum tamen post liberacionem telluris Galecie ab Hyspania rediit ad Galliam, vobis breviter est dicendum. 50

39 amore] a morte H ‖ **43** subiavit H ‖ **49** Galliam] Galeciam H

Tempore nocturno quotiens dormire volebat,
Innumeros equites circa se semper habebat.
Qui caput atque pedes, dextrum latus atque sinistrum
360 Eius servabant, spatam lumenque tenentes,
Quatuor excubiis alternatim vigilantes
Et requiescentem Karolum servare studentes.
Non ego sufficerem verbis exponere gesta
Omnia, que fecit. Set partim scripsimus illa,
365 Qualiter a Galafro, venerando rege Toleti,
Dum puer exul erat, habitum suscepit equestrem,
Qualiter eiusdem Galafri prece victus, iniquum
Braimantum regem paganorum superavit;
Qualiter ecclesias plures construxit, et urbes
370 Devicit multas, et Christo subdidit illas;
Qualiter argento vestiri fecit et auro
Pervigili cura sanctorum corpora plura;
Qualiter imperium Romanum rexit, et undas
Transiit equoreas, Dominique videre sepulcrum
375 Appetiit Karolus. Non est michi dicere promptum,
Qualiter ipse crucis lignum secum tulit, in quo
Mortem pro nobis Salvator pertulit, ex quo
Ecclesias multas ornavit. Scribere vellem,
Set non sufficio; superant tot gesta volentem.

375 mihi nec ... dicere promptum est Ov. Met. 14,841

357 nolebat L || **358** innumeros : quam plures PEd | fe Ed || **359** qui : cui L || **361** excubie Ed || **364** fecit : gessit L | set : nos L | sumpsimus Ed || **368** Braunantum L, Brumantem P, Branventem Ed || **373** rexit : cepit Ed || **374** transit Ed || **377** vobis L || **378** multas ecclesias Ed || **379** sed non sufficere possum tot gesta notare Ed | superat L

Cap. XXI

Postquam Karolus magnus, formosissimus imperator, totam Hyspaniam diebus illis ad Domini et apostoli eius sancti Iacobi decus adquisivit, rediens ab Hyspania Pampilonie cum suis exercitibus hospitatus est. Et erant tunc temporis commorantes apud Cesaraugustam duo reges 5 Sarraceni, Marsilius scilicet et Beligandus, frater eius, ab admirando Babilonis de Perside ad Hyspaniam missi, qui Karoli imperiis subiacebant, et libenter ei in omnibus serviebant, sed in karitate ficta. Quibus Karolus per Ganalonum mandavit, ut baptismum subirent aut tributum mit- 10 terent. Tunc miserunt ei triginta equos, honeratos auro et argento gazisque Hispanicis, et quadraginta equos, vino

21 5 Cesaraugustum H ‖ 12 gazisque] gazis et H

380 Hoc narrare tamen breviter volo, qualiter ipse
Post hec disposuit ad Gallica regna redire.
Set quia debilitat corpus labor absque quiete,
Terminet hunc librum quarte distinctio mete.

LIBER QUINTUS

De prodicione Ganaloni et de bello Roscide Vallis et de passione pugnatorum Karoli

Postquam divina Karolus virtute subegit
Hyspanos populos Christoque subesse coegit,
Multimodis Domino collatis gratibus, ipse
Gallorum fines tandem decrevit adire.
5 Militibusque suis comitatus venit ad urbem,
Quam Panpilonam dicunt, et mansit ibidem.
Set tunc Marsirius fraterque suus Beligandus,
Pagani reges magne virtutis, in illa
Urbe morabantur, proprio quam nomine Cesar-
10 Augustam dicunt, vulpina calliditate
Subiecti Karolo, falsa sub imagine pacis
Pacis amatores, sub dulci melle venenum
Gestantes. Quorum simulatio falsa latebat

V 1 virtute subegit cf. 1,179 || **12** sub dulci melle venena Ov. Am. 1,8,104

titulum om. P | perdicio L | Ganoloni L
V 3 ille Ed || **6** qua L || **7** cum fratre suo Beligando Ed || **8** virtuti L | in illa : ibidem Ed || **10** Augustum Ed || **13** falsa *om.* P, *in marg. add.* P[3], mente Ed

dulcissimo et puro honeratos, miserunt pugnatoribus ad
potandum et mille Sarracenas formosas. Ganalono vero
viginti equos, argento et auro et palliis honeratos, fraudu- 15
lenter optulerunt, ut pugnatores Karoli in manus illorum
traderet. Qui concessit et pecuniam illam accepit. Itaque
firmato inter se pacto tradicionis rediit Ganalonus ad Ka-
rolum et dedit ei gazas, quas reges illi miserant, dicens
quod Marsirius vellet effici christianus, et preparabat iter 20
suum, ut veniret ad Karolum in Galliam et ibi baptis-
mum acciperet et totam terram Hyspanicam deinceps de
illo teneret. Maiores vero pugnatores vinum solummodo
ab eo acceperunt, mulieres vero nullatenus, sed minores

15 et palleis] et *om.* H || **24** minores] maiores H

Egregium Karolum. Qui missi de Babilone
15 Subiecti fuerant Karolo non pace, set armis.
Regibus hiis Karolus mandavit per Ganalonum,
Ut vel susciperent baptismum, sive tributum
Mittere curarent. Tunc hii baptismate sacro
Neglecto penitus argenti pondus et auri
20 Miserunt Karolo, necnon et dulce Phalernum,
Quod pugnatores Karoli potare studerent,
Et Sarracenas mulieres mille, decore
Purpureo roseas, preclara veste nitentes.
Qui promiserunt, quod conferrent Ganalono
25 Bis denos mulos, honeratos rebus et auro
Et multis gazis sub tali conditione,
Si pugnatores Karoli disponeret ipsis
Tradere sub quadam simulata proditione.
Proh pudor, heu facinus! Ganalonus proditor ipsis
30 Regibus assensit oblataque dona recepit.
Protinus inter se firmato prodicionis
Pacto, Tartareus Ganalonus, perdicionis
Heres, progenies Sathane, Iudasque secundus
Ad Karolum rediit et gazas obtulit illi,
35 Quas rex Marsirius cum fratre suo Beligando

18 baptismate sacro Prosp. Epigr. 16,5, PL 51, c. 504 A || **19** argenti pondus et auri cf. 3,280 || **23** pretiosa veste nitentem Paul. Nol. Carm. 31,503, p. 325; cf. 3,189 || **26** sub tali conditione cf. 2,181

14 Babilione L || **15** suberant L || **16** his Karolus regibus Ed | Ganolonum L || **23** purpureas P, purpureo P[2] | preclara : et honesta PEd || **24** Gavolono L || **28** perditione L || **29** Gavalonus L | proditor : regibus Ed || **30** regibus : proditor Ed | assensis L, assentit Ed || **32** Gavalonus L | proditionis PEd || **33** progenie Ed

sustulerunt. Tunc Karolus credens verbis Ganaloni dispo- 25
suit transire Portus Cysereos et redire in Galliam. Inde
accepto consilio a Ganalono Karolus precepit karissimis
suis milicie principibus, Rotholando scilicet nepoti suo
Cinomannensi et Blaviensi comiti, et Olivero, Geben-
nensi comiti, ut cum maioribus pugnatoribus et viginti 30
Christianorum milibus ultimam custodiam in Runcia-
valle facerent, donec ipse Karolus Portus Cysereos trans-
iret. Itaque factum est. Sed quia precedentibus noctibus
vino Sarracenico ebrii quidam cum mulieribus paganis et
christianis eciam feminis, quas secum multi de Gallia ad- 35
duxerant, (74[r]) fornicati sunt, mortem incurrerunt. Quid
plura? Dum Karolus portus cum viginti milibus Christia-
norum et Ganalono et Turpino transiret, et prefati ulti-

29 Livero H || **38** Galono H | transiret *om.* H

Ipsi mittebat, dicens quod uterque salutem
Mandabat Karolo, sacrumque volebat uterque
Sumere baptismum, renuens simulacra deorum,
Marsiriusque suum cum fratre suo Beligando
40 Disponebat iter, ut Gallica regna subiret,
Et sic perfusus sacro baptismate Christi
Verum Christicolam se promittebat haberi,
Imperioque foret Karoli subiectus et omnes
Hyspanas urbes ab eodem rege teneret.
45 Maiores Karoli proceres celeberrima vini
Pocula sumpserunt, set concubitus mulierum
Spreverunt penitus. Set non sic turba minorum
Abstinuit, vetito nam victa libidinis estu
Illicito cohitu sese commiscuit illis.
50 At Karolus credens falsis verbis Ganaloni
Tandem disposuit ad Gallica rura reverti.
Qui male seductus ex consilio Ganaloni
Fingentis pacem sub falso corde, vocari
Iussit Oliverum carumque sibi Rotholandum.
55 Quos ex affectu specialis amoris amabat
Pre cunctis aliis, quia noverat esse viriles,
Et precepit eis, ut de maioribus omnes
Eligerent proceres, necnon bis dena virorum
Milia colligerent, ut, dum rex ipse rediret,
60 Dumque Cysereos Portus transiret, ab ipsis

38 simulacra deorum cf. 1,201 || **41** baptismate Christi cf. 3,119

36 mittebant PEd || **39** Marsirius P | cum *om.* L || **43** Karoli : Christi Ed || **48** verito L | esto L || **49** illico Ed | coitus L || **51** diposuit L | rura : regna Ed || **54** Oliverium Ed | tamenque L || **56** aliis : animis Ed || **59** redirent L || **60** ad L

mam custodiam facerent, Marsirius et Beligandus cum
quinquaginta milibus Sarracenorum summo mane exie- 40
runt de nemoribus et collibus, ubi consilio Ganaloni duo-
bus diebus totidemque noctibus latuerant, et fecerunt
duas turmas bellicas, unam viginti milium, aliam triginta.
Illa vero, que erat viginti milium, primum cepit post ter-
gum percutere nostros. Ilico nostri reversi sunt contra il- 45
los et expugnantes eos a mane usque ad terciam omnes
occiderunt. Nec unus quidem ex viginti milibus evasit.
Statim nostros tanto bello fatigatos et lassos alia triginta
milia aggrediuntur et percusserunt eos a maiori usque ad
minorem. Nec unus quidem ex viginti milibus Christia- 50

43 aliam triginta *om.* H

Ultima postreme fieret custodia pacis,
Inque loco starent, cui nomen Roscida Vallis.
Qui sic fecerunt. Set quidam tempore noctis
Preterite multa vini gravitate sepulti,
65 Cum Sarracenis iuncti mulieribus, usti
Flamma luxurie, ceciderunt tempore belli.
Et qui se cohitu polluto nocte peracta
Fedarunt, pariter obierunt luce secuta.
Singula quid referam? Dum portus cum Ganalono
70 Et cum Turpino Karolus transiret et ipse
Bis denis equitum comitatus milibus iret,
Et duo barones prefataque turba virorum
A Karolo missi, sicut prediximus ante,
Extreme partis custodes efficerentur,
75 Statim Marsirius fraterque suus Beligandus,
Sarracenorum triginta milia secum
Et bis dena simul ducentes, mane diei
Summo de silvis et montibus egrediuntur.
In quibus occulti de consilio Ganaloni
80 Per binos latuere dies. Binasque cohortes
De se fecerunt: viginti milia prima
Continuit turma, triginta turma secunda.

63 tempore noctis Stat. Theb. 2,171 || **64** vino somnoque sepultam Verg. Aen. 2,265 || **66** tempore belli Ov. Met. 13,206; cf. 5,109 || **72** turba virorum Ven. Fort. Carm. 10,17,35, p. 250; cf. 5,99

61 prosterne L | partis L || **65** usi Ed || **66** luxirie L || **67** et : nam Ed | coitum L, coicto Ed | polito L || **68** federant Ed | luce : nocte Ed || **69** Gavalono L || **73** premisimus Ed | ante : aure L || **77** mave P || **78** montibus : nemoribus Ed | erediuntur L || **79** Gavaloni L

norum evasit. Alii lanceis perforantur, alii spatis decollantur, alii securibus absciduntur, alii sagittis et iaculis perforantur, alii perticis verberando perimuntur, alii cultellis vivi decoriantur, alii igne cremantur, alii arboribus suspenduntur. Ibi interficiuntur omnes pugnatores preter 55 Rotholandum et Baldwinum et Turpinum et Tedricum et Ganalonum. Baldwinus et Tedricus dispersi per nemora tunc latuere et postea evaserunt. Tunc Sarraceni una leuga retro redierunt. Hoc loco interrogandum est, cur illos, qui minime cum mulieribus fornicati sunt, Dominus 60 mortem incurrere permisit. Ideo scilicet, quia noluit, ut ad propriam patriam ultra redirent, ne forte graviora pec-

53 verberan H || 57 Balwinus H

Statim ceperunt viginti milia nostros
Ledere posterius et eis insistere, donec
85 Francorum proceres animi virtute resumpta
Contra paganos studuere remittere bella.
Qui commiserunt belli certamen utrimque,
Set mox pagani devicti subcubuere,
Secum portantes mortis lacrimabile munus,
90 Nec superevasit de tantis milibus unus.
Continuo nostros tanto certamine lassos
Cetera Marsirii triginta milia ferro
Desuper invadunt, percusseruntque minores
Maioresque duces preter comitem Rotholandum
95 Atque duos alios, Thedricum Balduinumque.
Qui duo dispersi per montes, per iuga, perque
Silvas et saltus fugientes delituere.
Tunc ibi barones omnes cecidere perempti
Atque minor populus. Nec de tot milibus unus
100 Vivens evasit, nisi tres proceres: Rotholandus,
Et duo barones, quos prelibavimus ante.
Quidam truncantur spatis, quidam perimuntur
Verberibus, quidam cultellis excoriantur.
Hii iaculis pereunt, hii suspenduntur in altis
105 Arboribus, quosdam vidisses igne cremari.

90 milibus unum Ov. Met. 1,325 || **99** milibus unus cf. 5,90 || **105** igne cremavit Ov. Met. 14,444

86 studere L | studuerunt mittere Ed || **87** utrumque L || **91** continuo : mox proceres PEd || **92** milia milia ferre L || **95** duos alios : duces binos Ed | Teldricum P || **100** vivens : unicus Ed || **101** duos Ed || **102** quidam : qui dum P | truncatur Ed | quidamque teruntur Ed

cata ibi committerent. Etenim voluit illis pro laboribus suis coronam regni celestis per passionem rependere. Illos vero, qui fornicati sunt, mortem permisit incurrere, 65 quia per gladii passionem voluit illorum peccata delere. Nec credendum est, quod clementissimus Deus noluerit remunerari transactos labores, eorum scilicet, qui in fine nomen eius confessi sunt, peccata confitentes. Licet enim fornicati tamen pro Christi nomine sunt in fine perempti. 70 Igitur pergentibus ad prelium patet, quam perniciosus sit comitatus feminarum. Quidam enim terreni principes, Darius scilicet et Antonius, olim cum uxorum comitatu perrexerunt in bellum et ambo ibi corruerunt, Darius superatus ab Alexandro, Antonius vero ab Octaviano Augu- 75 sto. Quapropter nec decet, nec expedit haberi mulieres in

64 rependeret H ‖ **67** voluerit H ‖ **75** Octoviano H

Tunc Sarraceni cum magni laude triumphi
Sunt retro modice post bella peracta reversi.
Questio posset agi, cur Christus pertulit illos
In bello perimi, qui toto tempore belli
110 A cohitu Veneris studuerunt vivere casti.
Hoc Deus iccirco voluit, ne forte reversi
In patriam possent in crimina maxima labi.
Et quia pro Christo tot prelia, totque labores
Pertulerant, ipsos in eodem Marte peremptos
115 Christus ad eternam voluit perducere vitam.
At Christi pietas illos haurire dolorem
Mortis permisit, quos igne libidinis ustos
Polluerat Veneris labes, ut passio dure
Mortis commissos posset delere reatus.
120 Credere debemus fixumque tenere, quod illi
Cum Christo vivunt, qui se pro nomine Christi
Non dubitaverunt dure committere morti.
Et Deus illorum voluit pensare labores,
Quos sua perspexit tandem peccata fatentes.
125 Qui licet illicite Veneris putredine sese
Polluerint, tamen hos pro Christo constat obisse.
Hinc datur exemplum, quod si committere bellum
Pro Christo cupias, fuge complexus mulierum.

106 laude triumphus Ov. Am. 2,9,16; cf. 2,174 || **109** tempore belli cf. 5,66

106 tunc : sunt Ed | magna Ed || **107** modici Ed || **109** in : in illos P | toto : tanto PEd || **114** pertulerunt L, pertulerent Ed || **115** producere L || **116** et Ed || **117** percussit P || **119** mortis percussit P, percussit *expunx.* P[2] || **124** prospexit LEd | fatentes : luentes Ed || **126** polluerunt PEd | abisse L, obiisse P[2]

castris, ubi libido castranda est, impedimentum anime simul et corporis; illi, qui inebriati et fornicati sunt, significant sacerdotes et religiosos viros contra vicia pugnantes, quibus non licet inebriari, (74v) nec cum mulieribus coinquinari. Quod si fecerint, ab inimicis suis, id est a demonibus, se noverint superandos et eterna morte plectendos. 80

Cap. XXII

Itaque peracto bello cum rediret Rotholandus solus causa explorandi adversus paganos et adhuc ab eis longe distaret, invenit quendam Sarracenum atrum, de bello fessum, in nemore latentem et captum vivum et nexum fortiter

Nam si Sansonem vel David vel Salomonem
130 Mente recondideris, hinc percipies rationem.
Quidam terreni reges, ad prelia secum
Uxores proprias ducentes, subcubuerunt.
Nam bello Darium Macedo superavit; ab ipso
Victus subcubuit Antonius Octaviano.
135 Inde datur nobis exempli forma tenendi:
Ut, dum vivimus hic, studeamus vivere casti.
Nam Veneris labes animam cum corpore fedam
Reddit, eamque monet eternam perdere vitam.
Ergo si cupias vitam perducere castus,
140 Blandicias Veneris et carnis comprime fastus.
Pertinet ad monachos, ut semper vivere casti
Et sancti studeant, quia stant in turbine belli.

De passione Rotholandi et morte
Marsirii et fuga Beligandi

Interea magna Rotholandus concitus ira,
Dum se respiceret solum post bella peracta,
145 Flebiliter doluit comitum pro morte suorum.
Et quia se vidit post hos superesse relictum,
Protinus accensus animi virtute, redire
Ad Sarracenos propere festinat, eosque
Explorare cŭpit. Set dum perquireret illos

143 concitus ira Verg. Aen. 9,694

129 si : quid Ed | vel Salomonem : aut Salomonem Ed || **130** recondideris : dei repulit Ed | huic Ed || **134** subcubuit : et occubuit Ed | Octoviano P || **135** exemplum forma vivendi PEd || **138** eam quia L || **141** viverere P || **142** stant : sunt PEd || **142** *titulum om.* P || **143** consistit Ed || **144** perspiceret P, prospiceret Ed || **145** fleliter P || **147** penitus L

cum quatuor retortis ad arborem quandam dimisit. Tunc 5
ascendit in montem quendam et exploravit illos et vidit,
quia multi erant, et rediit retro ad viam Runcievallis, qua
illi pergebant, qui portus transire cupiebant. Tunc into-
nuit tuba sua eburnea; ad cuius vocem redierunt ad eum
ex Christianis circiter centum, cum quibus retro per ne- 10
mora usque ad Sarracenum nexum rediit, quem cicius a
vinculis absolvit et elevavit spatam suam nudam super ca-
pud eius dicens: "Si mecum veneris et Marsirium demon-
straveris michi, vivum te dimittam. Alioquin interficiam
te." Nondum enim cognoscebat Rotholandus Marsirium. 15
Ilico ivit Sarracenus ille cum eo et ostendit illi inter ag-
mina Sarracenica a longe Marsirium cum equo ruffo et
clipeo rotundo. Tunc Rotholandus illo dimisso animatus
ad bellum resumptis viribus Dei cum hiis, quos secum

22 5 retordis H | quendam H

150 Huc, illuc, et adhuc longe distaret ab illis,
Invenit quendam panum, corpore nigrum,
De bello fessum iuxta dumeta latentem.
Quem vivum cepit Rotholandus, eumque retortis
Quatuor ad quercum vinxit, vinctumque reliquit.
155 Deinde suos hostes explorans undique, montis
Cuiusdam culmen conscendit, ut inde videre
Paganos posset. Et vidit eos, quia multi
Essent, nec solus ipsos superare valeret.
Mox retro rediit et eos revocare cupivit,
160 Qui iam cum Karolo portus transire parabant.
Tunc clangore tube sonuit, centumque vocavit
Ad se de Karoli sociis, ipsosque reduxit
Per iuga, per valles, per culmina montis ad illum
Paganum, qui vinctus erat. Vinctumque resolvit
165 Atque tenens spatam super ipsius caput, ipsi
Pagano dixit: "Si mecum veneris et tu
Marsirium regem michi demonstraveris, ibis
Sanus et incolumis; si non, hoc ense peribis."
Hoc ideo dixit, quia Marsirium cupiebat
170 Noscere, quem bello post detruncare volebat.
Talibus auditis paganus cum Rotholando
Cumque suis sociis ivit properanter et ipsis
Marsirii monstravit equum clipeumque rotundum.

152 a bello cessum Ed || **154** quatuor ad quercum : ad quercum manibus PEd || **156** cuiusdem Ed || **157** quia *om.* L || **158** essent solus eos nec is superare valeret Ed | ipsos : eos PEd || **159** *om.* Ed || **160** *om.* Ed | quia L || **161** tunc : cum Ed || **162** sociis Karoli Ed | ipsosque : quos ipse Ed || **163** vigna L, iuga L[2] || **164** que L || **165** ipsius : illius Ed || **168** *om.* L, *in marg.* L[2] || **170** nostre L | detrucare L, detrincare Ed || **172** ivit : ruit L

habebat, ilico irruit super Sarracenos et vidit quendam in- 20
ter alios, qui erat statura maior aliis, et uno ictu secavit il-
lum et equum eius per medium propria spata a summo
usque deorsum ita, quod una pars Sarraceni et equi eius
cecidit ad dexteram et alia ad levam. Quod ut alii Sarra-
ceni viderunt, ilico Marsirium cum paucis in campo di- 25
mittentes fugere huc illucque ceperunt. Mox ut Rotholan-
dus Dei virtute fretus intravit inter acies Sarracenorum,
illos ad dexteram et ad levam precipitando, consecutus
est Marsirium fugientem et potenti virtute Dei illum inter
alios peremit. Tunc in eodem bello centum socii Rotho- 30
landi, quos secum adduxerat, interfecti sunt. Et idem
Rotholandus quatuor lanceis, immo hastis, et lapidibus
graviter percussus et attritus evasit. Mox ut Belligandus

28 consecutus] cum secutus H

Mox Rotholandus eum dimisit, seque parare
175 Ad bellum cepit, confidens de pietate
Auxilioque Dei, cordisque vigore recepto
Cum centum sociis, quos secum duxerat, hostes
Cominus aggreditur. Tunc inter eos Rotholandus
Quendam paganum prospexit corpore celsum.
180 Quem propria spata, Durenda nomine, tanto
Ictu percussit, quod equum dominumque sedentem
Per medium secuit, ita quod sessoris equique
Altera pars istuc, pars altera decidit illuc.
Quod cum pagani vidissent, rege relicto
185 Cum paucis sociis fugientes terga dederunt.
At Rotholandus eos, divino numine fultus
Auxilioque Dei fretus, mucrone levato
Persequitur, mediasque studens disrumpere turmas,
Fulminea spata mortales seminat ictus
190 Inter paganos et eisdem pocula mortis
Prebens, ad Stigias non cessat mittere sedes.
Protinus inter eos gladio cedente peremit
Marsirium regem, convertere terga volentem.
Tunc Rotholandus eos, quos secum duxerat, omnes
195 Amisit socios in eodem Marte peremptos.
Non ego sufficerem verbis exponere stragem,
Quam de paganis Rotholandus fecit. At idem

185 terga dedere   Verg. Aen. 9,686; cf. 2,196 || **190** pocula mortis   cf. 3,294

174 parere L || **176** nigore L, rigore Ed || **179** perspexit P || **180** Duranda Ed || **183** istuc : illuc PEd | decedit L || **185** fugientibus Ed || **186** munere P || **188** prosequitur L | studes L | irumpere L || **190** eiusdem L || **191** Stagias L || **193** convetere Ed | nolentem L || **197** qua L | ad L

Marsirii necem agnovit, cum aliis Sarracenis ab illis horis
recessit. Tedricus vero et Baldwinus, ut prediximus, et alii 35
quidam Christiani per nemora huc illucque dispersi et
perterriti latitabant, alii portus transibant. Porro Karolus
cum exercitibus suis iam montis fastigia transierat et, que
post tergum facta fuerant, ignorabat. Tunc Rotholandus
tanto pondere belli fatigatus, de nece Christianorum et 40
tantorum heroum (75r) dolens, Sarracenorum ictibus
magnis et percussionibus acceptis afflictus usque ad pe-
dem Portuum Cysere per nemora solus pervenit et ibi sub
arbore quadam iuxta lapidem marmoreum, qui ibi erec-
tus erat, in prato optimo super Runciamvallem equo desi- 45
liit. Habebat ipse adhuc quandam spatam suam secum,
opere pulcherrimam, acumine incomparabilem, nimia

37 latitebant H

Percussus graviter in corpore quatuor hastis
Atque fatigatus commissi pondere Martis
200 Tandem dicessit. Nam sanguinis unda fluentis
Debilitabat eum, vacuis a robore membris.
Postquam Marsirii Beligandus funera novit,
Cum Sarracenis fugit bellumque reliquit.
At Karolus iam transierat fastigia montis
205 Iamque Cysereos Portus transire parabat,
Ignarus penitus tanti discriminis, huius
Inscius eventus, credens, quod prospera cuncta
Essent, incertus procerum de morte suorum.
Heu dolor, heu pietas! O dulcia viscera Christi!
210 Hec quotiens recolo, libet indulgere dolori.
Tunc comes egregius Rotholandus pondere belli
Tanto depressus, hastarum quatuor ictu
Flebiliter lesus, Francorum morte virorum
Languidus et mestus, per montes, per iuga, quamvis
215 Lassus et afflictus, solus pervenit ad horas
Usque Cysereas. Statimque sub arbore quadam
Iuxta marmoreum lapidem descendit, ibique
In viridi prato requievit, equumque ligavit.
Protinus extraxit spatam splendore coruscam,
220 Visu formosam, Durendam nomine, durum
Ictum prebentem, durissima queque secantem.

220 sq. cf. 6,201 sq.

198 quatuor : graviter Ed || **199** Martis : belli martis P, belli Ed || **201** vacuis a : vacuatis Ed || **202** Belligadus L || **205** Tyriseos P, Cesareos Ed || **209** o pietas Ed || **212** hasterum L || **216** Tysereas P Cesareas Ed || **217** iuxta : intra Ed || **219** protinus *om.* PEd | extraxitque suam spatam Ed | nitore Ed || **220** visi L | Durandam Ed || **221** post ictum prebet Ed | prebens P

claritate resplendentem, nomine Durenda. Durenda interpretatur durum ictum da cum ea, quia prius deficiet brachium quam spata. Quam cum evaginasset et manu eam 50 teneret, intuitus eam lacrimosis vocibus dixit: "O ensis pulcherrime et semper lucidissime, longitudine decentissime, latitudine congrue, fortitudine firmissime, capulo eburneo candidissime, cruce aurea splendidissime, superficie deaurate, pomo birilino decorate, magno nomine 55 Domini A et Ω insculpte, acumine legitime, virtute divina predite, quis amplius tua fortitudine utetur? Qui te possidebit, erit invictus, non attonitus, non formidine inimicorum perterritus, non ullis phantasiis pavidus, sed semper erit divina virtute fretus, auxilio divino circumdatus. 60 Per te Sarraceni interficiuntur, gens perfida destrui-

52 longitudinis H || 56 insclupte H

Quam geminis manibus tenuit Rotholandus, eamque
Sepius intuitus lacrimosis vocibus inquit:
"O mea Durenda, mea formosissima spata,
225 Tu fortissima, tu pulcherrima, tu cruce sancta
Insignita nites, tu lucida, tu quoque pomo
Pulcra berillino, tu magno nomine summi
Es celata Dei, virtuteque predita summa!
O mea Durenda, te desero, teque relinquo,
230 Namque volente Deo nature debita solvo.
Quis, Durenda, tua virtute merebitur uti
Post me? Vel quis te portabit vel quis habebit?
Qui te portabit, nunquam subcumbere bello
Nec vinci poterit. Nulla formidine mortis
235 Captus erit. Nunquam pavidus, set numine sancto
Circumfultus erit. Per te gens perfida morti
Traditur, augetur lex Christi, gloria Christi
Crescit, honorque Dei patris celeberrima fama
Noscitur, augetur, o felicissima spata!
240 Per te Iudeos et Sarracenica per te

234 formidine mortis Ov. Met. 15,153 || **237** gloria Christi Paul. Nol. Carm. 14,43, p. 47

223 intuitus : aspiciens PEd || **224** Duranda Ed | mea : mea tu Ed | formosinna L, fortissima PEd | formosissima *conieci* || **226** vites L | quoque : mage Ed || **227** munere Ed || **228** celata : munita PEd | predicta Ed || **229** Duranda Ed | desero : gesto Ed || **231** Duranda Ed || **232** *om.* Ed || **234** nec : vel Ed || **235** munere P || **236** te *om.* P || **237** angetur L | lux Ed || **238** Dei *om.* Ed || **239** *hunc versum repetiit* Ed | noscitur augetur : cognita clarescit PEd || **240** Iudeos : Iudea vidi Ed

tur, lex christiana exaltatur, lux Dei et gloria et celeberrima fama adquiritur. O quociens Domini nostri Ihesu Christi sanguinem vindicavi, quociens Christi inimicos peremi, quot Sarracenos per te trucidavi, quot Iudeos et 65 perfidos pro christiane fidei exaltacione destruxisti, per te Dei iusticia adimpletur, pes manusque latrocinio assueta amputatur. Quociens per te aut Iudeum perfidum aut Sarracenum peremi, tociens Christi sanguinem, ut arbitror, vindicavi. O spata felicissima, acutarum acutissima, cui 70 similis non fuit nec amplius erit. Qui te fabricavit, nec ante nec post consimilem fecit. Nullatenus vivere potuit, qui ex te vulneratus aliquantulum extitit. Si miles ignavus aut timidus te habuerit, si Sarracenus aut aliquis perfidus, valde doleo." Hiis itaque dictis timens, ne in ma- 75 nus Sarracenorum deveniret, percussit spata lapidem marmoreum trino ictu, volens eam frangere. Quid plura? In duabus partibus a summo usque deorsum lapis dividitur et gladius biceps illesus educitur.

Agmina truncavi; per te gens perfida morti
Traditur, obruitur, truncatur. Non habuisti
Vel primam similem, poteris nec habere sequentem.
Ex te percussum modico vel vulnere, sicut
245 Sepius agnovi, numquam post vivere vidi.
Si miles timidus vel inhers vel spurius, aut si
Quisquam paganus vel perfidus est habiturus,
Te valde doleo, graviter gemo, lugeo, plango.
Hoc Deus avertat, qui celo presidet alto."
250 Hiis ita finitis metuens, ne spata veniret
Ad Sarracenos, valde tribus ictibus ipsum
Marmoreum lapidem spata Rotholandus eadem
Percussit, cupiens ipsam confringere. Set quid
Ulterius dicam? Lapis hic percussus in ambas
255 Dividitur partes, illesaque spata remansit.

241 truncaus L, truncari Ed, | te *om.* P || **242** trucatur L || **244** modi P, modico P[2] || **246** purrius L || **247** quisquis Ed || **249** advertat L || **251** valide P || **255** permansit P, remansit P[2]

Cap. XXIII

Deinde tuba sua cepit altis sonis tonitruare, si forte aliqui ex Christianis, qui per nemora timore Sarracenorum latitabant, ad se venirent, vel si illi, qui portus iam (75[v]) transierant, forte ad se redirent suoque funeri adessent, spatamque suam et equum acciperent et Sarracenos per- 5 sequerentur. Tunc tanta virtute tuba sua insonuit, quod flatu oris eius tuba per medium scissa et vene colli eius et nervi rupti fuisse feruntur. Cuius vox usque ad aures Karoli, qui in valle, que Karoli dicitur, cum exercitu suo tentoria fixerat, loco scilicet, qui distabat a Rotholando octo 10 miliariis versus Gasconiam, angelico ductu pervenit. Ilico Karolus voluit ad eum laturus auxilium redire, sed Gana-

23 1 aliquis H ‖ 9 qui in valle que Karoli *om.* H

Tunc super articulos surrexit, seque levavit
Arripuit tubam. Cuius clangore replevit
Omne nemus, cupiens aliquos revocare vel illos,
Qui iam transierant, vel eos, qui forte latebant
260 Per nemus occulti, sperans aliquos redituros
De Karoli sociis vel de latitantibus illic,
Qui sibi solventi nature debita ferrent
Funeris obsequium, spatamque suam sibi caram
Acciperent et equum, Sarracenosque fugarent.
265 Tunc tanta virtute tuba propria Rotholandus
Insonuit, quod per medium tuba scissa foramen
Ac divisa fuit. Ruptique fuisse feruntur
Nervi cum venis colli. Vox cuius ad aures
Pervenit Karoli, sua qui tentoria quodam
270 Fixerat in prato, quod quatuor a Rotholando
Leugis distabat. Set fas est credere, quod vox
Angelico ductu Karoli pervenit ad aures.
Continuo Karolus audita voce redire
Disposuit, laturus opem sibi. Set Ganalonus
275 Pessimus, horribilis, maledictus, perdicionis
Conscius et mortis Rotholandi, talia regi
Dixit: "Mi domine rex, noli retro redire.
Namque tube sonitu Rotholandus sepe sonare
Et clamare solet, currens post terga ferarum.

279 terga ferarum Verg. Aen. 6,20

257 arespuitque turbam L | clamore Ed || **261** latitatibus L, latentibus P || **265** *om.* Ed || **266** insonuit : usque adeo insonuit Ed | medium *om.* Ed | foramen tuba scissa P || **267** ac : atque Ed || **269** que L || **271** leugas L || **275** prodicionis PEd || **276** Rothelandi L

lonus, passionis Rotholandi conscius, dixit ei: "Noli, domine mi rex, retro redire, quia Rotholandus cotidie pro minimo solet tubicinare. Scias, quia nunc auxilio tuo non 15
indiget, sed venandi studio aliquam feram persequens per nemora discurrit." O subdola consilia Iude proditoris tradicioni comparanda! Cum igitur super herbam prati Rotholandus iaceret aquamque ad refocillandam sitim desideraret, superveniente Baldwino fratre suo, ut sibi aquam 20
preberet, innuit. Qui cum aquam huc illucque quereret nec inveniret, videns eum morti proximum, benedixit ei et formidans, ne in manus Sarracenorum incurreret, equum eius ascendit et Karoli exercitum precedentem relicto eo secutus est. Quo recedente ilico advenit Tedricus 25
et cepit valde super eum lugere, dicens ei, ut animam suam fidei confessione muniret. Acceperat ipse Rotholandus die eodem eukaristiam et delictorum suorum confessionem a quibusdam sacerdotibus, antequam ad bel-

13 Ganolonus H ‖ **18** comparata H

280 Crede, quod auxilio non indiget ille. Set unde
Pessimus eventus illi contingere posset?
Ipse feram modo persequitur, curritque vagando
Et delectatur crepitante tuba resonando."
O Ganalone miser, o perfide, quale dedisti
285 Consilium, Iude similis tua lingua dolosa!
Cumque resedisset moriens Rotholandus in herba
Graminei prati, pronusque iaceret, aquamque,
Quam siciens biberet, cum magno posceret estu,
Mox superadvenit eius germanus; eique,
290 Ut sibi ferret aquam, nutu patefecit aperto.
Qui quesivit aquam, set nusquam repperit illam
Et iam perpendens, quod morti proximus esset,
Mox benedixit ei. Tunc, ne Rotholandus ab ipsis
Paganis subito venientibus obrueretur,
295 Protinus eius equum conscendit, eoque relicto
Ad Karolum convertit iter. Set cum Rotholandus
Solus adesset ibi, subito Thedricus ad ipsum
Devenit, multo Rotholando iunctus amore.
Qui cum vidisset Rotholandum iam morientem,
300 Ubertim lacrimas cepit effundere, dicens:
"O Rotholande, comes fidissime, cur morientem
Nunc ego te video? Que sors tam pessima mortem
Hanc inferre tibi presumpsit, dulcis amice?

303 dulcis amice   Ven. Fort. Carm. 4,18,26, p. 91

280 non : nullo Ed | ille : is Ed | set : sed et Ed || **285** tua lingua : linguaque PEd || **286** recedisset Ed || **288** cum : in Ed || **291** quesivi Ed || **298** iunctis L | vinctus P || **300** *om.* Ed | cepit lacrimas P || **301** *om.* Ed | Rothelande L || **302** nunc ego *om.* PEd | video : video dixit Ed || **303** hanc : haec Ed

lum properaret. Erat enim mos, ut omnes pugnatores 30
eukaristia et confessione per manus sacerdotum, episcoporum et monachorum, qui ibi aderant, animas suas munirent, antequam ad pugnam venirent. Tunc elevatis ad celum oculis Rotholandus, Christi martir, ait: "Domine Ihesu Christe, pro cuius fide patriam meam dimisi in has- 35
que barbaras horas ad exaltandam christianitatem tuam veni, multa perfidorum bella tuo munitus auxilio devici, innumeras alapas, ruinas, vulnera multa, irrisiones, fatigaciones, calores, frigora, famem, sitim et anxietates pertuli, tibi in hac hora commendo animam meam. Sicut pro 40
me de virgine dignatus es nasci, crucem pati, mori, sepulchro sepeliri, tercia die ab inferis resuscitari, celos, quos numquam tui numinis presencia deseruisti, voluisti ascendere, sic animam meam liberare digneris a morte eterna. Ultra quam dici fas est, me reum et peccatorem 45
esse confiteor, sed tu, qui omnium peccatorum indultor

41 est H

Te fidei sacre muni munimine, Christum
305 Mente tene, Christi bonitas, miseratio Christi
Corde tuo sit et ore tuo, Christumque precare,
Ut tibi dignetur peccata remittere, teque
In regno salvare suo, pro cuius amore
Contra paganos studuisti bella movere."
310 Talia Thedricus dicebat. Set Rotholandus
In Domino sperans, eiusdem mane diei
Munitus fuerat sacrato corpore Christi
Et sua confessus fuerat peccata, priusquam
Pergeret ad bellum. Nam talis mos fuit ipsis,
315 Ut pugnatores moturi prelia, primum
Curarent sua presbiteris peccata fateri,
Et sic perciperent corpus venerabile Christi.

De confessione Rotholandi

Tunc Christi martir oculorum lumina tendens
Ad celos, Rotholandus ait: "Te, Christe redemptor,
320 Glorifico, te confiteor, pro cuius amore
Dimisi patriam, pro nomine cuius ad istas
Deveni terras, ope cuius prelia multa
Devici, multos paganos ense peremi,
Pro quo sustinui tot vulnera, totque ruinas,
325 Innumeras alapas, tot frigora, totque calores

305 miseratio Christi Vita Galli 412; MGH Poetae 2, p. 440; cf. 6,86 || **309** bella movere cf. 3,3 || **318** lumina tendens Ven. Fort. Carm. 6,5,183, p. 141

306 et : in L || **315** moturi : ituri ad Ed || **316** curareunt Ed || **317** *titulum om.* P || **324** vulnera : verbera Ed

clementissimus es, quique *misereris* omnium peccatorum (76[r]) et *nichil odisti eorum, que fecisti, dissimulans peccata hominum propter penitenciam* (Sap. 11,24 sq.), qui peccatoris omnia facinora, in quacumque die ad te conversus inge- 50
muerit, oblivioni in perpetuum tradis, qui Ninivitis pepercisti et mulieri deprehense in adulterio dimisisti et Marie Magdalene remisisti et Petro lacrimanti relaxasti et latroni confidenti Paradisi ianuam aperuisti, michi veniam non deneges delictorum. Quicquid in te peccavi, 55
michi remitte et animam meam in eterna requie refovere digneris. Tu enim es, cui non pereunt corpora nostra moriendo, sed mutantur in melius, qui animam a corpore separatam meliori vita vivere facis, qui dixisti *te malle vitam peccatoris quam mortem* (cf. Ezech. 13,11). Credo corde et 60
ore confiteor, quia idcirco animam meam ab hac vita vis educere, ut post mortem eam in meliori vita facias vivere.

57 morendo H

Esuriens, siciens, afflictus, lassus, egenus,
Saucius, irrisus, hec pro te passus, in hora
Hac animam commendo meam tibi, nec patiaris
Me tibi devotum dampnari morte perhenni.
330 Tu pro me nasci de virgine, tu crucifigi
Pro me dignatus es, tu pro me voluisti
Tot tormenta pati, tot vulnera, tu sepeliri
In sacro tumulo, citiusque resurgere; tandem
Post predicta tibi placuit conscendere celos.
335 In te consistit spes nostra, redemptio nostra,
Gloria nostra, decus nostrum, protectio nostra.
Hanc animam commendo tibi, nam confiteor me
Deliquisse nimis, set tu pius atque benignus
Vis peccatores converti, tu misereris
340 Et tu parcis eis, quorum peccata remittis.
Tu veniam Petro lacrimanti, tu Ninivitis,
Tu peccatrici, tu multis hanc tribuisti.
Te precor, ut veniam, quam multis exibuisti,
Digneris conferre michi. Peccata remitte,
345 Que tibi peccavi, nec me patiaris aduri
Igne gehennali. Set me tecum refoveri
Digneris, cui non moriendo corpora nostra
Depereunt, set ab hac vita mutantur in illam,
Que caret occasu. Iustum, qui religiose
350 Vixit in hoc mundo, meliori vivere vita

329 morte perhenni cf. 6,13; 7,16 || **340** cf. 5,383 || **350** vivere vita cf. 5,358; 6,87

326 sicens L, siciens L² || **328** hanc Ed | ne Ed | pacieris L || **329** dampnare L || **334** celo Ed || **335** constat P || **338** deliquisti L | tibi PEd, *expunx.* P² | nimium Ed || **341** Ninivitus L || **350** in hoc mundo : in hac vita Ed

Sensum et intellectum, quem nunc habet, tanto meliorem habebit, quantum differt umbra a corpore". Et tenens pellem et carnem circa mammas et cor, ut idem Tedricus 65 postea retulit, dixit cum lacrimosis gemitibus: "Domine Ihesu Christe, fili Dei vivi et beate Marie virginis, totis visceribus confiteor et credo, quod *tu redemptor meus vivis, et in novissimo die de terra surrecturus sim et in carne ista videbo Deum* salvatorem *meum.*" (Iob 19,25 sq.) Tribusque 70 vicibus carnem suam et pellem fortiter tenens manibus ait: *"Et in carne ista videbo Deum* salvatorem *meum."* (Iob 19,26) Et misit manus suas super oculos suos et tribus vicibus similiter ait: *"Et oculi* isti *conspecturi sunt."* (Iob 19,27) Et rursum apertis oculis cepit aspicere celum et 75 omnes artus suos et pectus signo sancte crucis munire et dicere: "Omnia terrena michi vilescunt, nunc enim Deo donante intueor, *quod oculus non vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit, quod preparavit Deus diligentibus se*"

71 vicibus *om.* H

Perficis in celo. Set si peccator iniquam
In melius vitam tandem correxerit, eius
Parces peccatis. Nam te dixisse recordor,
Quod peccatoris conversio plus tibi quam mors
355 Ipsius placeat. Te, Christe piissime, corde
Credo, confiteor labiis. Ego vivere tecum,
Esse volo tecum. Me vita transfer ab ista,
Ut me post facias meliori vivere vita.
Si tecum fuero, si tecum vixero, tecum
360 Felix semper ero, presentem respuo vitam.
Nam quantum distat a corpore corporis umbra,
Tantum presentem celestis gloria vitam
Exuperat: Vita presens brevis, illa perhennis."
Et carnem cum pelle tenens, ut rettulit idem
365 Postea Thedricus, querulis singultibus inquit:
"Christe, Dei patris fili sancteque Marie
Virginis et matris, de cuius corpore corpus
Sumpsisti, credo, quod in ista carne resurgam,
Quam teneo modo, quam teneo modo, teque videbo
370 Hiis oculis, cum tu iudex adveneris, omnes
Iudicii libra discernere, digna daturus
Premia, sive bonis bona, sive malis mala, iustis
Eternam vitam, reprobis dispendia mortis."

358 vivere vita cf. 5,350 || **361** corporis umbra Prosp. Epigr. 66,8; PL 51, c. 518 B || **367** corpore corpus Ov. Met. 15,89

352 correxit PEd || **353** parce L, parcis Ed || **355** purissime Ed || **357** nolo L || **359** vixero : finio Ed || **365** querulis singultibus : lacrimosis vocibus PEd || **366** filii L || **368** ecredo L || **369** quam teneo modo, quamque gero Ed | q. t. m., q. teneo : q. t. m., q. tenet L

(1. Cor. 2,9). Denique manus ad Dominum expandens effudit precem pro his, qui in prefato bello mortui fuerant, dicens: "Moveantur viscera misericordie tue, Domine, super fideles tuos, qui in bello hodie mortui sunt; de longinquis partibus in has barbaras horas ad expugnandam gentem perfidam et ad exaltandum nomen tuum sanctum et vindicandum sanguinem tuum preciosum et ad declarandam fidem tuam advenerunt. Nunc autem pro te manibus Sarracenorum perempti iacent; sed tu, Domine, eorum maculas peccatorum clementer absterge et a cruciatibus baratri animas eripere dignare. Mitte archangelos tuos sanctos super illos, qui animas eorum eripiant de regionibus tenebrarum et producant eas in regna celestia, quatinus (76^{v}) una cum sanctis martiribus tuis valeant regnare tecum sine fine, qui vivis et regnas cum Deo patre et Spiritu sancto in secula seculorum. Amen." Et statim Tedrico recedente in hac confessione et prece beati Rotho-

Hec dicens pectus et corporis omnia membra
375 Premunire crucis vexillo cepit et alta
Dicere voce: "Michi vilescunt omnia, mundus
Et mundi pompe, terrenaque gloria; cuncta
Hec michi vilescunt. Felicia gaudia celi
Intueor donante Deo, que gaudia Christus
380 Confert hiis, quos pura replet dilectio Christi."
Expandensque manus ad celi sidera, fusis
Ad Christum precibus dixit: "Dulcissime Christe,
Parce tuis famulis et eius peccata remitte,
Qui causa fidei sese committere morti
385 Non expaverunt hodierni turbine belli.
Nam de longinquis venerunt partibus et se
Pressuris variis pro solo nomine Christi
Permisere premi, nec eosdem gloria fallax
Mundi seduxit. Set eos promissio verax
390 Adduxit. Nam tu celestis gaudia regni
Illis promittis, quos huius abusio mundi
Irretire nequit. Tu, qui tot parcis, eisdem
Parce, nec eterne mortis cruciamine, Christe,
Torqueri paciaris eos, quos esse peremptos
395 Constat amore tuo. Set si mea vota benignus
Exaudire velis, illos in pace quieta
Suscipe, quos hodie post verbera, postque flagella

374 omnia membra Lucan. 9,809 || **383** cf. 5,340

374 omnia corporis membra P Ed || **375** permunire L || **377** et mundi pompe : mundi divicie P, divicie mundi Ed || **379** intueor : iam tueor Ed || **381** fusus L || **382** dilectissime P || **385** hodierne L || **387** pressuris variis : pro fufis viciis Ed || **388** permiscere neci dire nec gloria fallax Ed | gloria : gratia P || **391** ab usio L || **395** tui Ed | nota L

landi martiris anima beata de corpore egreditur et ab angelis in perhenni requie transfertur, ubi regnat et exultat sine termino, choris sanctorum martirum dignitate meritorum coniuncta. 100

Cap. XXIV

Non decet hunc igitur vacuis deflere querelis,
(cf. Ven. Fort. IV,6,17 sq.) Quem letum summi nunc tenet aula poli.
Nobilis antiqua decurrens prole parentum,
(Ven. Fort. IV,2,5 sq.) Nobilior gestis nunc super astra manet.
Egregius, nulli de nobilitate secundus, 5
(Ven. Fort. IV,9,11 sq.) Moribus excellens, culmine primus erat.
Templorum cultor, recreans modulamine cives,
(Ven. Fort. IV,6,13 sq.) Vulneribus patrie fida medela fuit.
(Ven. Fort. IV,7,13) Spes cleri, tutor viduarum, panis egentum,
Largus pauperibus, prodigus hospitibus, 10
Sic venerabilibus templis, sic fudit egenis,
(Ven. Fort. IV,16,17 sq.) Mitteret ut celis, quas sequeretur, opes.
Dogmata corde tenens, plenus velud archa libellis,
(Ven. Fort. IV,16,13 sq.) Quisquis, quod voluit, fonte fluente bibit.
Consilio sapiens, animo pius, ore serenus, 15
(Ven. Fort. IV,16,15 sq.) Omnibus ut populis esset amore parens.
(Ven. Fort. V,8,1) Culmen honoratum, decus almum, lumen opimum,
(Ven. Fort. III,8,16) Laudibus in cuius militet omne decus.

24 14 quisque H | fronte H

Occisos pro te cognovi morte cruenta,
Ut cum martiribus et confessoribus atque
400 Virginibus semper tecum feliciter esse,
Vivere, regnare mereantur teque videre,
Cuius maiestas semper fuit et sine fine
Semper erit, numquam cepit nec desinet esse."
Finitis precibus hora Rotholandus eadem
405 Inpressit fronti signum crucis atque beatam
Exalans animam, cum cetibus angelicorum
Spirituum martir meruit conscendere celum.
Et quia supplicium mortis pro nomine Christi
Sustinuit, meruit adipisci gaudia celi,
410 In quo cum Christo celesti luce beatus
Perfruitur, sanctis celestibus adsociatus.

De nobilitate et moribus
et largitate Rotholandi

Nobilis ipse fuit, ex clara stirpe parentum
Processit, gestis famosus, nomine clarus,
Moribus excellens, templorum cultor, egenis
415 Largus, spes cleri, viduarum tutor, egentum
Panis, consilio sapiens, pietatis amator,
Dogmata corde tenens, animo pius, ore serenus,
Culmen honoratum, recreans moderamine cives,
Defensor patrie, decus almum, lumen opimum.

398 pro : per L || **399** ut : et L || **400** tecum semper PEd || **403** desinit P || **406** expirans PEd || **408** et : at Ed || **411** De nobilitate ... Rotholandi : De moribus Rotholandi P || **412** ipse fuit : et celeber Ed || **416** consilium Ed || **419** lumen : decus PEd

Pro tantis meritis hunc ad celestia vectum
(Ven. Fort. IV,4,31 sq.) Non urna rogi, set tenet aula Dei. 20

Cap. XXV

Quid plura? Dum beati Rotholandi martiris anima exiret de corpore, et ego Turpinus in valle Karoli, loco prefato, astante rege defunctorum missam eodem die, scilicet sextodecimo Kalendas Iulii, celebrarem, raptus in extasi audivi choros in celestibus cantantes ignorans, quid hoc es- 5 set. Cumque illi ad sublimia transirent, ecce post tergum tetrorum (77r) militum phalanx quasi de raptu rediens predamque ferens ante me transivit, cui subito dixi: "Qui sunt isti, quos fertis?" "Nos", inquiunt, "Marsirium cum exercitu portamus ad inferna. Tubicinem vestrum cum 10

258 cui] cum H

420 Pro tantis meritis, quibus ipse refloruit, ipsi
Gaudia celorum tribuit clementia Christi.
Set quia iam recolo me plura fuisse locutum,
Concludat quintum Rotholandi passio librum.

LIBER SEXTUS

De visione Torpini et de lamentacione Karoli super mortem Rotholandi

Scribere, quod sequitur, breviter volo. Dum Rotholandi
Martiris egregii de carcere corporis esset
Spiritus egressus, et ego Torpinus eadem
Cepissem celebrare die sollempnia misse
5 Et Karolus presens adstaret, mox ego raptus
Mentis in excessu mira dulcedine plenas
Voces angelicas in celestis regione
Audivi patrie, mecumque revolvere cepi,
Quid foret hoc. Set dum voces audire studerem
10 Angelicas, vidi post me transire phalangem
Spirituum nimis horribilem predamque ferentem.
Tunc ego demonibus dixi: "Quid fertis?" At illi:
"Marsirium regem dampnandum morte perhenni

VI 13 morte perhenni cf. 5,329

420 ipse : hic Ed || **422** me recolo iam Ed || **423** conducat L, concludit Ed
Visio Turpini archiepiscopi P
VI 1 nolo L || **3** Turpinus PEd || **6** excessum P || **10** phalangam PEd || **11** predictaque L

multis Michael fert ad superna." Tunc missa celebrata dixi concite regi: "Veraciter, rex, scias, quia Rotholandi animam cum multis animabus aliorum Christianorum beatus Michael archangelus deducit in celum, sed qua morte mortuus est, prorsus ignoro. Sed et demones spiri- 15 tum cuiusdam Marsirii cum animabus multorum infidelium ad incendia gehennalia ferunt." Dum hec dicerem, ecce Baldwinus super equum Rotholandi, qui omnia, que facta fuerant, et Rotholandum in agonia positum iuxta lapidem in monte se dimisisse, nobis enarravit. Mox per 20 omnem exercitum omnibus exclamantibus retroque redeuntibus invenit prius Karolus Rotholandum exanimatum, iacentem eversum, brachiis supra pectus in effigie crucis positis, et irruens super eum cepit lacrimis, gemi-

15 moriturus H | est] es H || 18 qui] que H || 22 Korolus H, *corr.* H

Nobiscum ferimus. Animam vestri Rotholandi
15 Secum fert Michael hodierna luce perempti."
Talibus auditis postquam celeste peregi
Officium misse, statim narrare sategi
Hec Karolo regi, dicens: "O rex venerande,
Que tibi narrabo tamquam verissima crede!
20 Pro certo studeas cognoscere, quod Rotholandus
Mortuus est hodie. Set qua sit morte peremptus,
Ignoro penitus. Tamen hoc veraciter ipsi
Est michi compertum, quod cum multis animabus
Ad celos hodie conscendit spiritus eius.
25 Nam sanctus Michael celestis nuncius ipsum
Cum multis aliis hodie tulit in Paradisum.
Quidam paganus, exutus corpore, dictus
Nomine Marsirius, nunc est ad Tartara ductus."
Talia dum loquerer, statim frater Rotholandi
30 Advenit super eius equum. Qui singula gesta
Nobis exposuit, exclamans, quod Rotholandum
Mortis in articulo positum sine compare solum
Iuxta marmoreum lapidem sub vertice montis
Deseruit. Ruit in lacrimas exercitus omnis.
35 Talibus auditis dolor et suspiria, clamor
Et gemitus, strepitus et lamentatio, meror
Et pietas, amor et compassio per nemus omne
Audiri poterant; vox undique plena dolore.
Mox celeri cursu redeuntibus omnibus ipsum

18 rex venerande cf. 1,76 || **34** exercitus omnis Verg. Aen. 2,415 || **37** per nemus omne Ov. Fast. 3,746

14 ferimns Ed || **15** Michahel Ed || **19** narrabo tibi PEd || **21** sit *om.* L, *add.* L[2] || **25** Michahel Ed || **29** frater : et Ed || **32** auriculo L | sine : se Ed || **33** mortis Ed || **36** gentis Ed || **37** amor et : amor L | et amor compassio Ed || **38** poterat Ed

tibus et singultibus incomparabilibus, suspiriis et innu- 25
merabilibus lugere, manus complodere, faciem suam un-
gulis laniare, barbam et capillos evellere. Et dixit altis
sonis merens: "O brachium dextrum corporis mei, barba
optima, decus Francorum, spata iusticie, hasta inflexibi-
lis, lorica inviolabilis, galea salvacionis, Iude Machabeo 30
probitate comparatus, Samsoni fortitudine assimilatus,
Sauli et Ionate mortis fortuna consimilis, miles acerrime,
bello doctissime, forciorum fortissime, genus regale, de-
structor Sarracenorum, defensio Christianorum, murus
clericorum, baculus orphanorum et viduarum, cibus et re- 35
fectio tam pauperum quam divitum, relevacio ecclesia-
rum, lingua ignara mendacii in iudiciis, omnium comes
inclite Gallorum, dux exercituum fidelium, cur te in has
horas adduxi? Cur te mortuum video, cur non morior te-

25 innumerabilibus] invulnerabilibus H

40 Rex Karolus primum meruit reperire iacentem
Eversum, penitus defunctum, nexa tenentem
In crucis effigiem sua bracchia. Tunc super illum
Procidit et strictis Karolus complexibus ipsum
Amplecti cepit, gemitus proferre, rigare
45 Fletibus ora, manus complodere, vellere barbam,
Dans gemitus crebros, suspiria multa, dolores
Innumeros, varios singultus, talia dicens,
Vocibus altissonis suspirans: "O Rotholande,
O Rotholande, nepos dulcissime, dulcior omni
50 Melle, favum superans animi dulcedine, Christi
Miles, milicie princeps, pietatis amator,
Iusticie cultor, Francorum gloria, barba
Optima, defensor fidei, servator honesti.
O Rotholande, nepos Karoli, fortissime Christi
55 Miles, Francorum decus, inviolabilis hasta,
Francorum probitas, Francorum dextera, virtus
Francorum, princeps Francorum, ductor eorum.
O Rotholande, genus regale, comes venerande,
Cur ego defunctum video te? Cur ego tecum
60 Non morior? Cur me solum mestumque relinquis?
Cur Christi pietas umquam permisit in istam
Te duci patriam? Certe iam penitet heu me!
Hectoris, Aiacis, Pirri, Dyomedis, Achillis,

45 perfudit fletibus ora Ilias Lat. 331 || **53** servator honesti cf. 4,346

48 suspirando Rotholande L || **49** dilectissime P (*cf.* 5,382) || **50** inspirans Ed || **51** *versum 55 exhibent* PEd || **55** *versum 51 exhibent* PEd || **56** dextra L || **58–62** *post versum 66 exhibet* L || **61** promisit L || **63** Pirri : Tidei L

cum? Cur me mestum et inanem dimittis? Heu miser, 40
quid faciam? Vivas cum angelis, exultes cum martirum
choris, leteris cum omnibus sanctis. Sine fine michi lu-
gendum est super te, quemadmodum luxit et doluit Da-
vid super Saul et Ionatham et Absolon.

Tu patriam repetis, nos triste sub orbe relinquis; 45
(Ven. Fort. IV,7,7 sq.) Te tenet aula nitens, nos lacrimosa dies.
Sex qui lustra gerens, octo bonus insuper annis,
(Ven. Fort. IV,7,19 sq.) Ereptus terre iustus ad astra redis.(77[v])
Ad paradisiacas epulas te cive reducto,
(Ven. Fort. IV,7,21 sq.) Unde gemit mundus, gaudet honore polus. 50

45 reliquis H || **48** erectus H | redit H

Enee, Turni, Polinicis et Hypomedontis
65 In te regnabat probitas, vivebat honestas,
Gloria pollebat; virtute simillimus illis.
Dulcis amor, roseusque pudor, mitisque potestas,
Tu nive candidior, robustior Hectore, quovis
Iaspide lucidior, dulcedine dulcior omni,
70 Melle suavior, igne micancior, aptior unda,
Mitior agno, clarior auro, purior astro,
Turture simplicior, estiva gratior umbra,
Nobilior violis, omni preciosior auro.
Huc properent iuvenes, huc florida confluat etas,
75 Fons fluat ex oculis, in vestem seviat unguis.
In me desevit violente grando procelle,
Clavo sublato fluitat ratis ancora nostre.
O furor, o rabies, o pessima belua! Qui te
Percussit, fuit Hircano truculentior apro,
80 Sevior equore, surdior aspide, nequior angue,
Horridior monstro quovis, crudelior urso.
Ve michi, ve misero, quid agam? Sine fine dolendum
Est michi. Lugebo semper, quoniam Rotholandum
Defunctum video. Rotholande, dolebo super te,
85 Ut doluit David super Absalon, Ionathamque

66 *sequuntur versus 58–62, 65, 67 et 68* L | gloria pollebat : pollebat pietas PEd || **70** micancior : incautior Ed || **71** metior L | astro : austro P || *post* **71** *exhibet versum 74* L, *correxit ordinem* L² || **74** estas Ed || **78** rabies pessima L | que Ed || **79** percussus L || **83** lugebo semper : ludendum sine fine L | quoniam Rotholandum *om.* L || **84** defunctum video Rotholande *om.* L || **85** Absalon ut doluit David super hinc ionathanque Ed | Absolon L

Hiis verbis et hiis similibus Karolus Rotholandum luxit, quamdiu vixit. Statimque in eodem loco, quo Rotholandus iacebat defunctus, illa nocte tentoria sua Karolus fixit cum exercitu suo et corpus exanimatum balsamo et mirra et aloe condiit et exequias magnas cantibus et luctibus precibusque circa eum luminaribus et ignibus per nemora accensis honorifice tota nocte illa cuncti peregerunt. 55

Cap. XXVI

Crastina namque die summo diluculo armati ad locum, quo bellum peractum fuerat et pugnatores perempti iacebant in Runciavalle, ierunt et singuli amicos suos, quos-

52 quantum H | vexit H

Atque patrem Ionathe. Precor, ut miseratio Christi
Te secum faciat eterna vivere vita."
Hiis verbis Karolus Rotholandum planxit et omni
Tempore, quo vixit, fuit hec sibi causa dolendi.

De hoc quod sol stetit inmobilis spacio
trium dierum et de tribus milibus Sarracenis

90 Continuo Karolus in eo tentoria campo
Fixit, et ipsius condivit aromate corpus.
Atque per omne nemus circa corpus Rotholandi
Ignibus accensis in eadem nocte peregit
Exequias dignas, necnon exercitus omnis
95 Luctibus et precibus permiscens carmina, donec
Crastina lux rediit tenebrosa nocte fugata.
Tunc omnes pariter in summo mane diei
Armis induti vallem, cui Roscida Vallis
Nomen inest, adeunt, ubi tristi morte iacebant
100 Occisi proceres. Ibi perquisivit amicum
Quisque suum. Quidam mortali vulnere lesi
Languebant, alii privati lumine vite
Reddiderant animas. Ibi strages tanta iacebat
Interfectorum procerum, quod Roscida Vallis
105 Plena cadaveribus hominum depressa latebat.
Tunc equites nostri dextra levaque vagantes
Corpus Oliveri, famosi principis atque

86 miseratio Christi cf. 5,305 || **87** vivere vita cf. 5,350

86 patrem : petre L | precor ut : precorum L || **87** facias L || **89** *titulum om.* PEd | Saracenalis L || **90** in eo : meo L, in P, inibi Ed, in eo *conieci* || **98** vallem : campum PEd || **104** quod : quae Ed || **106** verba Torpini *in marg.* L || **107** Oliverii Ed

dam penitus exanimatos, quosdam adhuc vivos, sed letaliter vulneratos invenerunt. Oliverum quoque ab hac luce 5
in meliorem translatum, iacentem super solum terre eversum, in effigie crucis extensum, quatuor palis in terra fixis cum quatuor retortis fortiter nexum et a collo usque ad ungues pedum et manuum cultellis acutissimis excoriatum, iaculisque, sagittis, lanceis et spatis perforatum, 10
magnisque ictibus baculorum attritum invenerunt. Clamor vero et luctus et vox plangencium innumerabilis erat, quia unusquisque super amicum suum dolebat. Totum

267 paleis H || **11** ateritum H

Egregii comitis, horrenda morte perempti,
Inveniunt, vinctis manibus post terga retortis
110 Quatuor arboreis, a summo verticis usque
Ad plantas spatis et cultris excoriati,
Hastis et iaculis, baculis levibusque sagittis
Undique perfossi. Pars nulla remansit in eius
Corpore sana, fuit mixtum cum vulnere vulnus.
115 Nomina maiorum breviter recitabo virorum,
Quos Deus occidi bello permisit in illo:
Primus Oliverus fuit, Escultusque secundus,
Tertius Arnaldus, Reynaldus quartus, Oellus
Quintus, Arastagnus, Britonum dux, sextus, Ogerus
120 Septimus, octavus Sanson Burgundio, princeps
Et comes Allobrogum, miles fortissimus, ense
Strenuus et validus, in belli turbine primus,
Nonus Gaiferus, rex Burdegalensis, et ipse
Lambertus decimus fuit, undecimus Rotholandus,
125 Ultimus illorum pro Christi nomine passus.
Sunt plures alii, quorum celeberrima fama
Vivet in eternum. Quos si distinguere vellem
Nominibus propriis, angusti temporis hora
Vix michi sufficeret, varia qui morte perempti,
130 Mundo defuncti, vivunt in pace sepulti.

109 manibus post terga revinctis Ilias Lat. 540; 6,168 || **114** vulnere vulnus Ov. Met. 5,94

109 iuctis L || **113** eis Ed || **114** cum : quoque Ed || **117** Olverus L, Oliverius Ed | Estultus P || **118** quartus Renaldus PEd || **120** Borgondio Ed || **123** Gaifrerus L || **128** proprius L | augusti Ed

nemus et vallem clamoribus suis implebant. Tunc iuravit
rex per regem omnipotentem, quod post paganos currere 15
non cessaret, quousque illos inveniret. Ilico eo post eos
currente cum sua tamen milicia, sol stetit immobilis et
prolongata est dies illa spacio quasi dierum trium, et in-
venit eos iuxta fluvium Ebra nomine iuxta Cesaraugu-
stam iacentes et comedentes. Tunc irruit super eos ut leo 20
rugiens ad predam et quatuor milibus ex hiis interfectis
reversus est rex noster cum sua milicia ad Runciamval-
lem. Quid plura? Defunctis et infirmis et vulneratis ad lo-
cum, quo Rotholandus iacebat, translatis cepit inquirere

17 tamen H, tautum *correxi*

Protinus inventis tantis baronibus omnes
Plangere ceperunt. Nam deplorabant amicum
Quisque suum, vallemque piis clamoribus omnes
Et nemus implebant. Tunc ipse per Omnipotentem
135 Iurans iuravit Karolus, quod habere quietem
Nec pacem posset, donec sibi plena facultas
De Sarracenis collata fuisset, et ipse
Numquam cessaret post ipsos currere, donec
Invenisset eos. Hiis dictis turbidus ivit
140 Miliciaque sua tantum comitatus, ad ipsos
Vertit iter, spacioque trium triplicata dierum
Est protracta dies, nam sol immobilis axem
Stare suum fecit. Et eos Karolus comedentes
Invenit iuxta fluvium, qui dicitur Ebra.
145 Quos subito Karolus comedentes atque iacentes
Ocius invasit violenti more leonis.
Et sicut dispergit oves lupus esuriens, sic
Dispergebat eos Karolus mucrone, tribusque
Milibus occisis campum, cui Roscida Vallis
150 Nomen inest, adiit. Quid dicam plurima? Statim
Omnes defunctos, infirmos, vulnere lesos
Transferri Karolus precepit, ubi Rotholandus
Exanimatus erat. Et tunc perquirere cepit
A multis, utrum verum consisteret an non,

146 more leonis cf. 1,114

133 vellemque L ‖ **139** inveniret P ‖ **145** Karolus subito Ed | iacentes : bibentes PEd ‖ **146** occius LEd, octius P ‖ **147** devastat PEd ‖ **148** detruncabat P, detruucabat Ed | eos *om.* L ‖ **150** dicam *om.* L ‖ **154** utrum *om.* Ed

Karolus, si verum esset an non, quod Ganalonus pugnatores, ut multi asserebant, tradidisset. Ilico duos milites armatos, Pinabellum scilicet pro Ganolono, Tedricum pro semetipso, ad declarandam veritatem congredi iussit; quorum Tedricus continuo peremit Pinabellum. Sicque tradicione Ganaloni declarata iussit illum Karolus quatuor equis ferocissimis totius (78ʳ) exercitus alligari et super eos quatuor sessores agitantes contra quatuor plagas celi, et sic digna morte discerptus interiit.

25 pugnatores *om.* H ‖ 27 pro Ganolono] pro *om.* H ‖ 33 discerp H

155 Quod pugnatores Ganalonus prodicione
Tradere paganis presumpsisset, quia multi
Hoc affirmabant, dicentes, quod Ganalonus
Proditor infande reus esset prodicionis.
Mox Karolus binos equites committere bellum
160 Alterutrum iussit: Pinabellum pro Ganalono,
Thedricum pro se, cupiens cognoscere certis
Indiciis, utrum Ganalonus conscius huius
Criminis extiterit an non. Mox ambo parati
Concurrere simul, set Thedricus Pinabellum
165 Protinus occidit. Et sic patuit Ganalonum
Actorem sceleris et inique prodicionis.
Quem Karolus graviter ferventi concitus ira
Funibus arboreis vinctis post terga lacertis
Arreptum statim vinciri iussit, equisque
170 Quatuor indomitis, omni feritate repletis,
Vinctum postposuit et contra quatuor orbis
Climata distractum crudeli morte perire
Fecit eum, totum divulsum, dilaceratum.
Et quoniam tante fuit actor prodicionis
175 Heres semper erit eterne perdicionis.

167 concitus ira Verg. Aen. 9,694 || **168** vinctis post terga cf. 6,109

155 Gavalonus L | perdicionis L || **162** iudiciis Ed || **163** existeret Ed || **166** celeris L | perdicionis L || **169** vincturi L || **171** postposuit vinctum PEd || **173** totum *om.* L || **174** perdicionis L || **175** *titulum om.* P

Cap. XXVII

Tunc defunctorum corpora diversis aromatibus condierunt, alii mirra, alii balsamo, alii sale diligenter perfuderunt. Multi corpora per ventrem findebant et stercora eiciebant et sale, alia aromata non habentes, condiebant, alii feretra lignea ad ferendum appetebant, alii vulneratos 5 et infirmos in scalis super colla sua portabant, alius usque ad Galliam vel ad proprium locum amicum suum deferebat, alius portabat illum, quousque in putredinem dissolveretur, et tunc sepeliebat.

Cap. XXVIII

Et erant tunc temporis bina cimiteria precipua sacrosancta, que Dominus per manus sanctorum septem antistitum, scilicet Maximini Aquensis, Trophini Arelatensis, Pauli Narbonensis, Saturnini Tholosanensis, Frontonis Petragoricensis, Marcialis Lemovicensis, Eutropii Sancto- 5 nensis consecravit, in quibus maxima pars illorum sepelitur. Et illi, qui in acie montis Garzini gladiis intacti obierunt, in hiis cimiteriis aromatibus peruncti sepeliuntur.

27 3 fundebant H | emebant H || 5 ferendum] ferendum ei H
28 4 Paulini H || 7 in *om.* H || 8 sepelierunt H

De sepultura Rotholandi et aliorum interfectorum

Tunc defunctorum quidam condire studebant
Corpora diversis speciebus, aromate; sive
Mirra, sive sale ventrem perfundere quidam
Corpora curabant. Et cum proiecta fuissent
180 Stercora, replebant cumulo salis interiora
Viscera, ne fetor hominum corrumpere nares
Posset et in saniem possent condita resolvi
Corpora, donec eis cum magno cordis amore
Ad patrios fines delatis atque sepultis
185 Funeris obsequium speciale dedisset amico
Quisque suo. Quidam, gestantes lignea secum
Vascula, defunctos secum deferre volebant.

183 cordis amore Alcuin. Carm. 52,3, p. 265

176 nunc L ‖ **178** ventrem perfundere : per ventrem fundere L ‖ **179** proiecti L ‖ **180** cumulo : palmo Ed ‖ **181** Ne fetor hic hominum binas corrumpere nares Ed ‖ **182** ni saviem L ‖ **186** legnea L

Cap. XXIX

Beatum namque Rotholandum super duas mulas catheto aureo supervectum, palliis tectum, usque ad Blavium Karolus deferri fecit et in beati Romani basilica, quam ipse olim edificaverat canonicosque regulares intromiserat, honorifice sepelivit, mucronemque ipsius ad capud et tubam eburneam ad pedes, scilicet ad decus Christi et probe milicie eius, suspendit. Sed et tubam postea alius in beati Severini basilicam apud Burdegalem indigne transtulit. Felix urbs pinguissima Blavii, que tanto hospite decoratur! Cuius corporali solacio letatur, eius subsidiis munitur. Apud Belinum sepelitur Oliverus et Gandeboldus, rex Frisie, et Othgerus, rex Dacie, et Arastannus, rex Britannie, et Garinus, dux Lotaringie, et alii multi. Felix villa macilenta Belini, que tantis heroibus honoratur. Apud Burdegalem cimiterio sancti Severini sepelitur Gaiferus, rex Burdegalensis, Engelerus, dux Aquitannie, Lambertus, rex Bituriensis, Gelerus, Gelinus, Reinaldus de Alba Spina, (78^{v}) Galterius de Termis, Guielinus, Bego cum quinque milibus aliorum. Hoellus comes apud Nantas, urbem suam, cum aliis multis Britannis sepelitur. His itaque sepulture traditis ac pro animarum eorum salute viginti milibus unciis argenteis totidemque talentis aureis vestibusque, cibariis Karolus, Iude Machabei memoratus, largitis egenis, totam terram, que circa sancti Romani Blaviensis sex miliariorum spacio porrigitur, totumque oppidum Blaviense cum cunctis,

29 2 palleis H || **4** intromiserat] incromis erat H || **6** penes H || **8** Burgalem H || **15** Burgalem H || **17** Golerus H || **20** Brintannis H || **22** unceis H || **24** largifis H

Set quia tot proceres in eodem constat obisse
Occisos bello, partim recitare studebo,
190 Qua regione suam fuerit sortitus habere
Quisque sepulturam. Tunc rex Karolus Rotholandum,
Blevensem comitem, pro Christi nomine passum,
Ad proprium castrum deferri fecit et ipsum
Iussit honorificis sepeliri cultibus intra
195 Ecclesiam sancti Romani martiris, a se
Olim constructam, quam libris et preciosis
Vestibus ornarat; et quam fundaverat, in qua
Canonicos posuit eius devocio, cultu
Compositos, vultu maturos, religione
200 Ferventes, Domino famulantes. Et Rotholandi
Egregiam spatam, Durendam nomine, durum
Ictum prebentem, precepit Karolus eius
Suspendi capiti, pedibusque tubam, probitatis
Milicieque sue signum venerabile. Christi
205 Gloria, laus et honor fuit hoc, qui prestitit illi
Quicquid virtutis, quicquid probitatis habebat.
O Blavium felix, o villa beata, quibus te
Laudibus extollam, certe iam nescio, namque
Vix ego sufficerem. Set te presentia tanti
210 Hospitis extollit, venerando corpore cuius
Insignita nites, cuius munimine, cuius
Auxilio poteris privari tempore nullo.

201 sq. cf. 5,221 sq.

190 habere : honestam Ed || **192** Christi pro Ed || **197** fundaverat : sedaverat L || **201** Durandam PEd || **204** milicie Ed | sue *om.* PEd | signum semper Ed | memorabile PEd | Christo Ed || **207** felix villa L || **208** attollam PEd || **209** ego *om.* L, *in marg.* L[2] || **210** attollit PEd

que sibi pertinent, et eciam mare, quod sub eo est, usibus eiusdem ecclesie in alodio pro amore Rotholandi dedit et precepit canonicis eiusdem loci, ne alicui persone humane servitutis officia amplius exiberent, sed solummodo 30 pro salute anime nepotis sui sociorumque eius die passionis eorumque annuatim triginta pauperes cunctis vestibus necessariis induerent cibariisque reficerent et triginta missas totidemque psalteria cum vigiliis ceterisque plenariis defunctorum obsequiis in commemoracione eorum 35 annuatim non solum pro hiis, verum etiam pro omnibus, qui in Hispania martirium pro divino amore vel acceperant vel accepturi forent, diligenter canonici, scilicet presentes et futuri, celebrarent, quatinus ipsorum corone in celestibus participes fieri mererentur. Quod illi sub pacto 40 iusiurandi faciendum promiserunt.

Cap. XXX

Postea vero ego et Karolus cum quibusdam exercitibus nostris a Blavio discedentes per Gasconiam et Tholosam tendentes Arelaten perreximus. Ibi vero invenimus Burgundionum exercitus, qui a nobis in Hostavalle discesserunt, et per Morlanum et Tholosam venerant cum mor- 5 tuis suis et vulneratis, quos lectulis et bigis secum illuc adduxerant ad sepeliendum eos in cimiteriis Aylis Campis. In quo cimiterio tunc per manus nostras sepulture traduntur Estultus, comes Lingonensis, et Salomon et Samson, dux Burgundionum, et Arnoldus de Bellanda, et 10

37 martirum H
30 1 ego et] eorum H

Dulcis Oliverus et Gaudeboldus, Ogerus
Et Garinus apud castrum, quod fama Belinum
215 Nominat, et reliqui plures habuere sepulcrum.
Rex quoque Gaiferus, Galterius atque Gelerus,
Lambertus pariter, Reynaldus, Bego, Gelinus
Et reliqui plures apud urbem Burdegalensem
Translati, domino Christo pensante laborem
220 Illorum, summa requiescunt pace sepulti.
At quidam miles magne virtutis, Oellus
Nomine, magnanimus princepsque Britannicus, ipse
Latus apud Nantas requiescit ibi tumulatus.
Postea Berardus, Arnaldus, Yvorius, Hato,
225 Guinardus, comes Estultus, Sanson Salomonque
Duxque Berengarius, Esturmitus Naamanque
Et comes Albricus Campis tumulantur Hyalis.
Dux Constantinus delatus per mare Romam
Cum multis aliis propria requiescit in urbe.
230 Utque viris tantis peccata remitteret ille,
Cui soli peccata licet dimittere, Christus,

233 argenti pondus et auri   cf. 3,280

213 Hiverius Ed | Gandeboldus L, Genboldus P, Gouboldus Ed || **214** Velinum Ed || **216** Galterus, Garfrerus Ed | Gayfrerus L | Gerelus Ed || **217** Bego, Gelinus : et Engelerius Ed || **218** Burgundalensem P || **219** pensate Ed || **222** princeps Ed || **223** Nanetas Ed | timulatus L || **224** Bernardus Ed | Hynorius L, Hybertus Ed | Hato : et Yvo Ed || **225** Tuinardus P | Enscultus L | Salamonque Ed || **226** Berangarius Ed | Estumutus L, Estumirtus P, et Aaron dux Ed || **227** timulantur L || **228** Romani Ed || **229** requievit L || **230** virus L

Albricus Burgundio, Guinardus et Esturmitus, Hato et Tedricus, Yvorius et Berardus de Nublis et Berengarius et Naaman, dux Baioarie, cum decem milibus aliorum. Constantinus prefectus apud Romam urbem per mare delatus, cum aliis multis Romanis et Apulis sepelitur, pro 15 quorum animabus uncias duodecim milia argenteas totidemque talenta aurea Karolus apud Arelaten egenis dedit. (79r)

Cap. XXXI

Post hec Viennam simul perreximus, et ibi vulnerum cicatricibus verberibusque et percussionibus multisque alapis, quas in Hispania pertuli, angustiatus remansi et rex aliquantulum debilitatus cum suis exercitibus Parisiacam adiit urbem. Tunc adunavit episcoporum et principum 5 concilium in basilica beati Dionisii, agens Deo et illi gracias, qui sibi vim dederat ad paganam gentem subiugandam, et omnem Franciam ecclesie eius in predio dedit,

12 Yvonus H | Bernarnardus H

Rex Karolus cunctis largiri iussit egenis
Vestes atque cibos, argenti pondus et auri.

De concilio, quod Karolus tenuit
apud S. Dyonisium.

Hiis ita completis omnes discessimus inde
235 Atque Viennensem tandem devenimus urbem.
In qua compulsus ego sum remanere relictus
A sociis nostris. Nam longius ire nequivi,
Vulneribus multis confossus. Ibique remansi
Saucius, afflictus, attritus, debilitatus.
240 At rex Parisius post hec devenit, ibique
Concilium tenuit et eidem iussit adesse
Concilio comites, barones pontificesque.
Dansque Deo grates dixit, quod Christus et eius
Egregius martyr sanctus Dyonisius ipsum
245 Conservaverunt inter tot prelia sanum.
Auxilio quorum, quorum virtute subegit
Paganam gentem fideique subesse coegit.
Principibusque suis precepit presbiterisque,
Necnon prelatis presentibus atque futuris,
250 Ut Dyonisiace cum summo semper honore
Ecclesie digne servirent atque subessent.

233 argenti pondus et auri Verg. Aen. 1,359 || **246** virtute subegit cf. 1,179 || **249** praesentibus atque futuris Beda Hymn. 3,266, PL 94, c. 620 B

233 atque : ac L || **233** *titulum om.* P || **235** Vienensem Ed || **239** attritus, afflictus PEd || **240** Parisius : huc pariter Ed || **241** consilium Ed | eisdem P, eidem P[2] | iussit iussit adesse L || **242** consilio Ed || **251** digne : penitus PEd

sicut beatus Paulus apostolus et Clemens papa beato Dionisio in apostolatu antea illam prebuerat. Et precepit, ut 10
omnes Francie reges et episcopi, presentes et futuri, pastori eiusdem ecclesie essent obedientes in Christo, nec reges sine eius consilio coronati, nec episcopi ordinati, nec apud Romam recepti essent aut dampnati. Rursum post plurima dona precepit, ut eidem ecclesie unusquis- 15
que possessor uniuscuiusque domus totius Gallie quatuor nummos annuatim ad edificandam ecclesiam daret. Et omnes servos, qui hos nummos libenter darent, manu misit. Tunc beatum Dionisium iuxta corpus eius stans imploravit, ut pro salute illorum, qui illos nummos libenter 20
dabant, preces Domino funderet, et pro Christianis similiter, qui propria sua pro divino amore dimiserant et in Hispania in bellis Sarracenorum martirii coronam acceperant. Nocte proxima regi dormienti beatus Dionisius apparuit eumque excitavit dicens: "Illis, qui tua admoni- 25
cione et exemplo tue probitatis animati in bellis Sarracenorum in Hispania mortui et morituri sunt, omnium delictorum veniam, et illis, qui nummos ad edificandam

31 10 illa H

Qui postquam donis multis ditavit eandem
Ecclesiam – quis enim verbis perstringere posset
Predia cum villis, cum terris, que dedit illi
255 Ecclesie Karolus? – statim precepit, ut una
Queque domus regni sibi subdita quatuor illi
Ecclesie nummos offerret quolibet anno,
Ut sic ecclesiam venerando scemate structam
Maiorem faceret sub tali conditione,
260 Ut, qui quatuor hos gaudenter reddere nummos
Vellet, si servus fuerat, liberrimus esset.
Tunc Karolus iuxta sacrati corporis ossa
Stans, ipsumque rogans, ait: "O sanctissime martyr,
O miles Christi venerabilis, o Dyonisi,
265 Sancte Dei martyr, pastor bone, flos Paradisi,
Mellifluas dignare preces effundere pro me,
Proque tuis famulis nummos reddentibus istos,
Proque viris illis, qui fundamenta paterna
Resque reliquerunt proprias, propriisque relictis
270 Rebus in Hyspano pro Christi nomine solo
Occidi bello voluerunt, ut Deus illis
Conferat eternam requiem vitamque beatam."
Hiis dictis Karolus discessit. Set pia vota
Non caruere suo fructu, nam nocte secuta

259 sub tali conditione cf. 2,181 || **274** non caret effectu cf. 3,311

252 qui : et Ed | dotavit Ed || **254** prelia L | turribus Ed || **255** *om.* Ed || **256** *om.* Ed || **257** offerri Ed || **258** ut sic ecclesiam : iussit et ecclesiam Ed || **259** feceret L || **260** et L | hos : huic Ed || **261** foret Ed || **263** ipsumque : Christumque LEd | sacratissime Ed || **264** venerabili L || **267** *om.* Ed || **269** propriusque L || **271** et L || **273** his ita dictis L

ecclesiam meam dant et daturi sunt, gravioris sui vulneris
medicinam a Deo impetravi." Hiis a rege relatis populi 30
nummos saluberrime promissionis devotissime offerebant. Et qui libencius reddebat, Francus sancti Dionisii
ubicumque vocabatur, quoniam liber ab omni rege precipiente erat. Hinc mos surrexit, ut terra illa, que antea vocabatur Gallia, Francia vocaretur, id est ab omni servitute 35
aliarum gencium libera. Quapropter Francus liber dicitur,
quia super omnes gentes alias decus et dominacio illis debetur. Tunc Karolus rex Aquisgranum versus Leodium
perrexit, et balnea aqua calida et frigida temperata in eadem villa(79^{v}) sedule paravit, et beate Marie virginis basi- 40
licam, quam ibidem edificaverat, auro et argento cunctisque ornatibus ecclesiasticis decenter ornavit, veterisque
et nove legis historiis eam depingere iussit, et palacium

29 vulneris *om.* H

275 Apparens sanctus Dyonisius astitit illi
Et pulsavit eum, dicens: "O Karole, constans
Esto nec dubites; quod querere disposuisti,
Crede quod obtinui. Nam me clementia Christi
Exaudire libens voluit. Cognosce, quod illi,
280 Qui migraverunt Hyspano Marte perempti,
Iam perceperunt felicia gaudia celi.
Illis promitto veniam, qui quatuor istos
Reddiderint nummos." Dixit statimque recessit.
Hiis ita patratis et ab ipso rege relatis
285 Omnes devote nummos offerre studebant.
Quique libenter eos reddebat, nomine Francus
Ille vocabatur. Hinc mos superaccidit, ut, que
Gallia dicta prius fuerat, modo Francia dicta
Sit, quia servicio careat quasi libera terra.
290 Nam libertatem designat Francus, et ipse
Francorum populus populo preponitur omni.
Hiis ita dispositis Karolus discessit et ivit
Versus Aquisgranum, castrum venerabile, castrum
Forte, situs cuius est delectabilis; in quo
295 Balnea construxit et sic constructa paravit,
Ut nec aquam calidam superaret frigidus humor,
Nec gelidam nimius ferventem redderet ardor,
Set mera temperies id posset, ut humor uterque
Insimul unitus concordi pace coiret.
300 Postea basilicam Christi genitricis honore
Mirifico iussit ornari, vestibus, auro,

279 connoscere L, sed crede Ed || **286** quisque P || **287** huic Ed || **288** Gallica PEd || **290** nam : non L || **296** et L || **297** nimium Ed || **298** merra L, ea Ed | id : sit Ed | possit Ed | et L | utrique P || **299** coire Ed || **301** mirifice Ed | et auro P, et *expunx.* P[2]

similiter, quod ipse iuxta eam edificaverat. Bella namque, que in Hyspania devicit, et septem liberales artes inter cetera miro modo in ea depicte sunt. 45

Cap. XXXII

Grammatica scilicet, que est omnium arcium mater, que docet, quot et quales littere et quomodo debent scribi et quibus locis diphtongon componi, ut duo orthographie codices, qui primi inter ceteros habentur, ostendunt. Orthographia est sciencia recte scribendi. Nam ortho grece 5 dicitur rectus, graphia scriptura; per hanc autem lectores in sancta ecclesia, que legunt, intelligunt. Quam qui ignorat, lectionem quidem legit, set plenarie non intellegit, sicut qui non habet thesauri clavem, et nescit quid intus latet. 10

Musica ibi depicta est, que est sciencia bene et recte cantandi, qua eciam divina ecclesie officia celebrantur et decorantur, unde carior habetur. Qua vero arte cantores in ecclesia canunt et organizant. Quam qui ignorat, more quidem bovis ululat, sed vocum modulos et gradus ignorat. 15 Sicut qui in pergameno torta regula lineas facit, sic vocem suam emittit. Et sciendum, quia quod non est cantus secundum musicam, nisi per quatuor lineas scribatur. Per hanc David cum sociis suis in psalterio decacordo et cithara, in tubis ductilibus et cimbalis, in thimpano et 20 choro et organo olim cecinit psalmos. Omnia musicorum instrumenta per hanc facta fuere. Hec vero ars ab angelis

32 3 ditongon H ‖ **3–4** ut duo orthographie codices, qui primi *om.* H ‖ **12** diva H ‖ **13** que H ‖ **16** parcameno H | tota H

Gemmis, argento, preciosis cultibus. In qua
Describi veterem legem precepit, ibique
Haut procul ipse domum regalem struxit. In ipsa
305 Hyspanum bellum, quod tandem vicit, et artes
Septem precipuas depingi fecit, easque
Nominibus propriis distinxit et ordine certo.

De septem principalibus artibus depictis in palacio Karoli

De Gramatica

Gramaticam primam posuit, que previa mater
Artes precellit reliquas. Nam prima tenellis
310 Fundamenta iacit pueris et reddit eosdem
Instructos primas lingua formare figuras.
Inscius est, qui nescit eam. Qui sugere numquam
Ubera Gramatice novit, quid scire valebit?
Illa docet partes, omnes docet illa figuras,
315 Illa docet legere distincte, scribere recte.

De Musica

Post lasciva locum tenuit sortita secundum
Atque soporiferum reddebat Musica cantum.

302 quo P || **303** legem veterem PEd || **306** depingui LEd | easdem Ed || **307** proprius L || **307** *titulum om.* P || **308** que : quia Ed || **311** prima PEd | formante P || **313** ubera : verbula Ed || **315** *titulum om.* P || **317** reddeba L || **317** *titulum om.* P

vocibus et cantibus divinitus inicio edita fuit. Quis ergo dubitat voces canencium ante Christi altare in ecclesia devota alacritate emissas angelicis vocibus in celis admisceri? Ait namque liber sacramentorum sic: *Cum quibus, id est cum angelis, et nostras voces ut admitti iubeas, deprecamur.* In hac arte magna sacramenta magnaque misteria continentur. Nam quatuor linee, quibus scribitur, et octo toni, quibus continentur, quatuor virtutes, prudenciam scilicet, fortitudinem, temperanciam et iusticiam, (80[r]) et octo beatitudines, quibus anima nostra munitur et decoratur, designant.

Dialectica in aula regis depicta est, que docet verum a falso discernere, de verbo disputare et de sentencia.

Retorica etiam, que convenienter, placide, recte docet loqui. Rethos grece dicitur facundus. Verbis enim facundum et eloquentem ars reddit.

Geometria ibi depicta est, que mensuracio terre dicitur. Ge enim grece dicitur glis, metros mensura. Hec ars terrarum, moncium et vallium et marium spacia et miliaria et leugas mensurare docet. Quam qui ad plenum novit, cum spacium cuiuslibet regionis vel terre vel loci vel provincie vel campi vel urbis videt, quot brachiis vel pedibus vel miliariis protendatur, agnoscit. Per hanc artem senatores Romam ceterasque urbes antiquas componentes et miliaria et vias de urbe ad urbem, et filii Israel terram desiderabilem funiculo distribucionis longitudine et latitudine olim mensurarunt. Hac eciam arte agricole, quamvis ignorantes, terras et vineas, prata et lucos et campos mensurant et laborant.

40 ge] gei H

De Dialetica

Tertia picta fuit Dialetica regis in aula,
A falso verum que discernebat, ibique
320 Lingua verbosa pugiles armabat elenchos.

De Rethorica

Artis Rethorice facunda locutio quartum
Est sortita locum. Cuius facundia, cuius
Sermo decens homines docet allegare, suique
Carmine sermonis sitibundas allicit aures.

De Geometria

325 Obtinuit depicta locum Geometria quintum,
Virgula que numero novit distinguere certo
Urbes transpositas; que montes, oppida, villas
Mensurare docet. Istam qui noverit artem,
Scire cito poterit spacium cuiuslibet urbis,
330 Campi sive loci, terrarum seu regionis.

De Arismetica

Cum numeris depicta suis Arismethica sextum
Insignita locum tenuit. Qui noverit illam,
Cum videt excelsum murum vel turris acumen,
Quot positi lapides in muro, vel quot in uno
335 Sunt nummi cumulo, vel quot sub frugis acervo

320 lingua verbosa : gutture verboso PEd || **320** *titulum om.* P || **323** desens L, dicens Ed || **324** *titulum om.* P || **326** singula Ed || **330** armetica L, *titulum om.* P || **332** qui : quod L || **334** quod positi Ed || **335** sint L

Arithmetica depicta est ibi, que loquitur de numeris omnium rerum. Quam qui plenarie novit, cum turrim vel murum excelsum videt, quot lapides in eo sint, vel quot gutte limphe in cypho, vel quot nummi in uno cumulo, 55 vel quot in exercitu homines vel milia habentur, comprehendit. Per hanc artem lapicide, quamvis ignorantes, *turres excelsas et muros adhuc operantur.* (cf. 6,337)

Astrologia in opere regis depicta est, que dicitur rimacio stellarum, qua accidentia bona et mala, seu preterita seu 60 presencia, que alibi fiunt, sive futura noscuntur. Quam qui plenarie novit, cum iter agere vel aliquid facere appetit, quod sibi venturum est, prenoscit. Similiter cum duos viros pugnaturos videt, quis illorum victurus vel quis vincendus sit, prenoscit. Per hanc artem Rome senatores ne- 65 cem virorum et bella in horis barbaris facta, regumque et regnorum detrimentum et statum noverant. Magi etiam et Herodes stella apparente Christum natum per eam cognoverunt. Unaqueque harum septem arcium filiam habet sibi subiectam, libellum scilicet de se tractantem. 70

Nigromancia, ex qua oriuntur piromancia et ydromancia et liber sacratus, (80[v]) immo execratus, in aula regis depictus non fuit, quoniam libera ars minime habetur. Sciri enim libere potest, sed operari nisi demonum familiaritate nullatenus valet. Et idcirco ars adulterina dicitur. 75 Quod eius etiam nomine approbatur. Mancia enim grece divinatio dicitur. Nigro quasi nigra. Unde nigromantia dicitur. Titulus enim nigromancie sic est: *Incipit mors anime.*

56 comprehendat H ‖ **57** lapide H ‖ **59** rimacio *om.* H ‖ **60** accidenda H ‖ **68** natumque H

Grana latent, poterit cito scire. Per hanc lapicide
Turres excelsas et adhuc muros operantur.

De Astrologia

In regis depicta domo fuit Astrologia
Ultima, que stellas rimari novit et inde
340 Nomen adoptavit. Nam dicitur Astrologia
Astrorum proprie rimatio. Si quis in illa
Instructus fuerit, presentes atque futuros
Casus ex facili poterit cognoscere; vel cum
Pergere debuerit, sibi presciet omne futurum,
345 Sive duos pugiles cum bella movere vicissim
Viderit, agnoscet, quis eorum debeat hostem
Vincere vel vinci. Karoli domus artibus istis
Septem principibus fuit insignita. Set istum
Iamiam concludat distinctio sexta libellum.

344 omne futurum Lucan. 4,204

336 scire : dicere Ed | per hanc lapicide : quod pedibusve Ed || **337** turribus excelsis alti muri superantur Ed || **337** *titulum om.* P || **342** futuras P, futuros P^2 || **345** cum : quis P | novere L || **348** precipuis PEd

Cap. XXXIII

Post exiguum vero tempus Karoli regis mors ita michi demonstratur. Cum igitur apud Viennam in ecclesia ante altare die quadam raptus in extasi precibus insisterem psalmumque *Deus in adiutorium meum intende* (Ps. 69,2) cantarem, tetrorum agmina innumerabilia militum ante 5 me preterire ac versus Lotharingiam tendere agnovi. Qui cum omnes pertransirent, intuitus sum quendam illorum, Ethiopi consimilem, retro lento gradu alios insequentem, cui dixi: "Quo tenditis?" "Aquisgranum," inquit, "ad Karoli mortem tendimus, ut eius spiritum ad Tartara rapia- 10 mus." Cui dixi: "Adiuro te per nomen Domini nostri Ihesu Christi, ut peracto itinere tue disposicionis ad me reverti non renuas." Tunc modicum commorati vix expleto psalmo eodem ordine ad me redierunt. Et dixi novissimo, cui primum locutus fueram: "Quid egistis?" Et 15 demon: "Galecianus", inquit, "sine capite, tot ac tantos lapides et ligna innumerabilia basilicarum suarum in statera suspendit, quod magis appenderunt bona quam eius mala. Et idcirco eius animam a nobis abstulit." Et hiis dictis demon evanuit. Itaque ego intellexi eadem die Ka- 20

33 2 Vienniam H

LIBER SEPTIMUS

Verba Torpini de morte Karoli

Postquam bella stilo studui percurrere retro,
Que Karolus gessit, eius describere mortem
Nunc cupio; quam sic transacto tempore parvo
Cognovi donante Deo. Dum cordis amore
5 Affectuque pio divinas promere laudes
Urbe Viennensi curarem, mox ego raptus
Mentis in excessu iuxta me prepete cursu
Agmina spirituum tetrorum currere vidi,
Quos ad Aquisgranum cognovi tendere. Qui cum
10 Me pertransissent, revoluto lumine vidi
Ethiopem quendam lenta gravitate sequentem
Illos. Cui dixi: "Quo tendere vultis?" At ille
Dixit: "Aquisgranum." Respondi: "Qua ratione?"
Qui dixit: "Causam si vis cognoscere, dicam:
15 Ut Karoli regis animam nuper morituri,
Sicut speramus, dampnandam morte perhenni,
Ad Stigias flammas ex nostro iure trahamus."
Talibus auditis dixi: "Spurcissime demon,
Per dominum Christum pro nobis in cruce passum
20 Te nunc adiurans adiuro firmiter, ut, cum

VII 3 tempore parvo Ov. Met. 6,442; cf. 2,166 || **16** morte perhenni cf. 6,329

VII 1 studivi L | percurre P | retro : stilo P, certo P², cepto Ed || **2** depingere Ed || **7** excessum P || **9** quisgranum L || **11** Ethiopem nigrum P, nigrum *expunx.* P² || **12** cui : cum L || **16** seperamus L | dampnandum PEd | perempti L || **17** iure : more Ed

rolum ex hac luce migrasse et subsidiis beati Iacobi, cuius ecclesias multas edificaverat, ad superna regna merito transvectum. Nam et ego ab eo, die scilicet, qua nos ab invicem apud Viennam separavimus, impetraveram, ut si fieri posset, nuncium mortis sue michi mitteret, si ante 25 mortem meam mors illi veniret. Similiter ipse a me impetraverat, ut mortem meam ei prenunciarem. Quapropter, cum in egritudine esset detentus, facte promissionis memoratus, precepit cuidam militi, alumpno suo, antequam moreretur, ut, cum eius mortem agnovisset, ilico michi 30 nunciaret. Quid plura? Post eius mortem diebus quindecim transactis per eundem nuncium didici ab ipso tempore, quo ab Hyspania recessit, (81[r]) usque ad diem mortis sue egrotasse ac pro salute prefatorum defunctorum eadem die, qua ipsi martirium pro divino amore susceperunt, scilicet sextodecimo Kalendas Iulii, duodecim milia 35 uncias argenteas totidemque talenta aurea, vestes eciam et cibaria, annuatim in omni vita sua pauperibus solitum erogasse, totidemque psalteria missasque et vigilias cantari fecisse, atque eadem die et hora, qua visionem ego vi- 40

32 epso H

Hoc iter arreptum compleveris, ipse redire
Ad me non renuas." Hiis dictis protinus ivit.
Post modicum tempus rediit spurcissimus ille
Demon, demonibus aliis comitatus, et ipsum
25 Alloquor hec dicens: "Quid vos egistis?" At ille
Flebiliter michi respondit dicens: "Maledictus
Iacobus, Herodis gladio truncatus, ad eius
Mortem devenit et in uno pondere pensans
Tot bona, que Karolus fecit, dum viveret, et tot
30 Ecclesias, tantos lapides, tot basilicarum
Ligna superposuit, quod plus appendere vidi
Tot bona plura malis. Animam mox Iacobus eius
Nobis eripuit et secum detulit illam."
Hiis ita finitis demon disparuit ille.
35 Mox ego cognovi, quod ab huius carcere vite
Migrasset Karolus et carnis mole solutus
Debita nature solvisset, eumque beatus
Iacobus ad celos cum magna laude tulisset.
Nam fuit inter nos convencio talis, ut ipse,
40 Debita nature si primum solveret, omni
Causa postposita michi tempus mortis et horam
Declarare sue statim properaret; et ipsi
Hora mee mortis me declarante pateret.
At Karolus cum se perspexit pondere morbi
45 Oppressum graviter, cuidam precepit alumpno
Ille suo, dicens: "Cum me cognoveris esse
Defunctum, propera Torpino tempus et horam
Declarare mee mortis." Cur pluribus utar?

23 spurissimus L || **25** hec : sic Ed || **29** que : quot Ed || **30** tantas Ed || **36** more Ed || **39** coniunctio Ed || **43** declarare P || **44** cum : quia Ed | prospexit Ed || **46** ipse Ed

deram, scilicet quinto Kalendas Februarii anno dominice incarnacionis octingentesimo quartodecimo illum ab hac vita migrasse et apud Aquisgranum horis Leodii in beate Marie virginis basilica rotunda, quam ipse edificaverat, honorifice illum sepultum fuisse, et hec signa ante mor- 45 tem eius per tres annos contigisse audivi. Nam solem et lunam septem dierum spacio atro colore ante eius mortem contigit immutari. Nomen eius, id est Karolus princeps, quod erat scriptum in pariete ecclesie prefate, ante eius mortem omnino per semetipsum deletum est. Porti- 50 cus, que inter basilicam et regiam erat, die ascensionis dominice funditus per semetipsum cecidit. Pons ligneus, quem ipse apud Magunciam septem annorum spacio ingenti studio super fluvium Reni edificaverat, incendio funditus per semetipsum consumptus fuit. Cumque ipse 55 de loco ad locum die quadam pergeret, subito dies atra efficitur et flamma rogi a parte dextera versus levam ante eius oculos velociter pertransiit, unde ipse valde pavefactus attonitusque in alteram partem de equo cecidit, et aucona, quam manu ferebat, in aliam. Ilico socii eius occur- 60

Post Karoli regis mortem ter quinque dierum
50 Transacto spacio Karoli predictus alumpnus
Nuncius adveniens michi declaravit obisse
Francorum regem Karolum, multoque dolore
Continue febris vexatum tempore multo.
Cum Karolus mortis sompnum suscepit, ab anno
55 Christi nascentis octingentesimus annus
Et quartus decimus iamiam defluxerat, in quo
Celum pro terra, vitam pro morte recepit.

De signis, que apparuerunt ante
mortem Karoli

Sol et luna modo miro quasi compacientes
Abscondere suos radios, septemque dierum
60 Continuo spacio nigrum tenuere colorem.
Cuius nomen, id est Karolus princeps, quod honeste
Depictum fuerat in prima fronte beate
Virginis ecclesie, nullo delente lituram
Sustinuit; necnon et pertulit ipsa ruinam
65 Porticus ecclesie. Pons quidam ligneus ipse
Corruit in Reni fluvium, quem fecerat idem
Rex Karolus, per se consumptus funditus igne.
Dumque die quadam Karolus procederet, atra
Est effecta dies subito, lumenque diurnum

58 sqq. cf. Einhard, Vita Karoli cap. 32

49 mortem regis P ‖ **54** summum Ed ‖ **56** confluxerat Ed ‖ **57** *titulum om.* P ‖ **59** *om.* Ed ‖ **63** delent L ‖ **64** et : ibi Ed | ipsa : illa P ‖ **65** quidem Ed ‖ **68** dumque die quadam : nempe pius dum Ed ‖ **69** affecta PEd | diurnum : diei Ed

rerunt et manibus eum a terra elevaverunt. Nunc igitur
esse illum participem in corona martirum prefatorum cre-
dimus, quorum labores illum cum eis sustulisse scimus.
In hoc ergo exemplo datur intelligi, quia, qui ecclesiam
edificat, regnum Dei preparat. A demonibus, ut Karolus, 65
eripitur, et in celesti regno subsidiis sanctorum, quorum
edificat basilicas, collocatur.

64 datur] datur illis H

70 Vertitur in tenebras, et mox globus igneus ingens
Ante suos oculos a dextra parte recurrens
Transiit ad levam. Quo viso protinus ipse
Territus efficitur, multoque timore repletus
Corruit in terram. Tunc occurrere clientes
75 Atque sui comites collapsum suscipientes.
Et quia pro Christo tot verbera, totque dolores,
Tot mala, tot plagas, tot pertulit ipse labores,
Et quia tot sacras pro Christi nomine structas
Ecclesias Karolus fundari iussit et ipsas
80 Gemmis, argento ditavit, rebus et auro,
Libris et multis preciosis vestibus, inde
Egregius martyr vivit nunc et sine fine
Vivet, et in celo celestibus adsociatus
Civibus exultat, factus sine fine beatus.

72 transit Ed || **73** *om.* PEd | tercius L, territus *conieci* || **74** occurre LP || **76** dolores : labores Ed || **77** ille Ed | labores : dolores Ed || **78** sacras : structas PEd | structas : sacras PEd || **83** celos L || **84** *titulum om.* P

Cap. XXXIV

Sed valde dignum est, ut inter cetera ad Domini nostri
Ihesu Christi decus revocetur ad memoriam miraculum,
quod pro beato Rotholando, dum adhuc viveret, ante-
quam ingrederetur Hyspaniam, ut fertur, Dominus osten-
dit. Cum igitur vir venerandus Rotholandus comes Gra- 5
nopolim urbem cum innumeris Christianorum exerciti-
bus septem annorum spacio per circuitum obsedisset,
velox advenit paranimphus nuncians ei, quod Karolus,
eius avunculus, in arce quadam horis Warmatice urbis
obsessus a tribus regibus, Wandalorum scilicet, Saxonum 10
et Frisonum, et eorum exercitibus teneretur, (81[v]) man-
dans et efflagitans, ut sibi cito cum suo exercitu succurre-
ret, eumque a paganis liberaret. Tunc nepos avunculi sibi
dilecti anxietate mestus, fluctuabat anxius, quid magis
eligeret, aut urbem, pro qua tantos labores passus fuerat 15
et Christo subiugare volebat, relinquere et avunculum li-
berare, aut illum dimittere et urbem expugnare. O virum
per omnia laudabilem, pietate redundantem, inter duas
fortunas ita angustiatum. Sed quid venerandus egerit, est
audiendum. Tribus diebus totidemque noctibus non 20
manducans aut bibens sacris precibus cum suis exerciti-
bus vacat Deumque in auxilium invocat dicens: "Domine
Ihesu Christe, fili patris altissimi, qui divisisti Mare Ru-
brum in divisiones, et eduxisti Israel per medium eius, et
precipitasti Pharaonem in eo, et transduxisti populum 25

tuum per desertum, qui percussisti gentes multas eius adversarias et occidisti reges fortes, Seon, regem Amoreorum, et Og, regem Basan, et omnia regna Chanaan, et dedisti terram eorum in hereditatem populo tuo Israel, qui
30 Iericho muros, quibus adversancium cingebatur exercitus, sine humana pugna et absque machinacione humani artificis septeno circuitu tubis clangentibus destruxisti, tu, Domine, destrue huius fortitudinem urbis totamque eius armaturam in manu tua potenti et brachio tuo invin-
35 cibili contere, ut gens pagana, que in sua feritate non in te confidit, agnoscat te Deum vivum, regem omnium regum, cunctipotentem Christianorum auxiliatorem et protectorem esse, qui cum patre et spiritu sancto vivis et regnas Deus per infinita secula seculorum. Amen." Quid
40 plura? Facta hac prece tercia die sine humano tactu lapsis undique muris urbis expugnatisque paganis et effugatis Rotholandus comes gavisus cum suis exercitibus ad Karolum, in terram scilicet Theutonicam, statim profectus est, eumque potenti virtute Dei ab iniquorum obsidione
45 eripuit. *A Domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris.* (Ps. 117,23)

Qui legis hoc carmen Turpino posce iuvamen,
Ut pietate Dei subveniatur ei.

34 32 clangentibus] ...gentibus H ‖ 35 in te] in *om.* H ‖ 37 protectorum H

Cap. XXXV

Beatus Turpinus, Remensis archiepiscopus, Christi martir, post Karoli regis mortem modico tempore vivens apud Viennam doloribus vul(82r)nerum et laborum suorum angustiatus morte migravit ad Dominum, et ibi iuxta urbem ultra Rodanum, scilicet versus orientem, in quadam ec- 5 clesia olim sepultus extitit. Cuius sanctissimum corpus nostris temporibus quidam in clericis nostris in quodam sarchophago optimo episcopalibus vestibus indutum, pelle etiam propria et ossibus adhuc integrum, invenerunt et ab illa, que erat vastata, detulerunt illud circa Roda- 10 num in urbem et sepelierunt in alia ecclesia, ubi nunc veneratur. Modo coronam victorie optinet in celis, quam multis laboribus adquisivit in terris. Credendum est, quia hii, qui in Hispania martirium pro Christi fide acceperunt, in celestibus regnis merito coronantur. Et quamvis 15 Karolus et Turpinus una cum Rotholando et Olivero ceterisque martiribus in Runciavalle mortem minime accepissent, tamen ab eorum corona perpetua non alienantur, qui passi sunt plagarum et percussionum et laborum dolores, quos cum ceteris in agone acceperunt. *Si socii pas-* 20 *sionum* inquit apostolus, *erimus, simul et consolacionis erimus.* (2. Cor. 1,7)

Rotholandus interpretatur rotulus sciencie, quia omnes reges et principes omnibus scienciis inbuebat.Oliverus interpretatur heros misericordie, quia clemens et misericors 25 super omnes extitit, clemens operibus, clemens sermoni-

35 3 vulneratum H

De morte Torpini Remensis archiepiscopi

85 Sanctus Torpinus, Remensis episcopus, unus
De Karoli regis sociis specialibus, oris
Preditus eloquio, vir magni nominis, omni
Religione nitens, non multo tempore vivens
Post mortem Karoli, pro Christi nomine passus
90 Innumeras penas, oppressus pondere morbi,
Ad Dominum tandem migravit in urbe Vienne.
Occumbens extra muros et conditus intra
Ecclesiam modicam, modico sepelitur honore.
Cuius temporibus nostris venerabile corpus
95 Ossibus et nervis et in ipsa carne repertum
Quidam de sociis nostris transferre volentes
Illud in ecclesiam fame maioris, honoris
Precipui, digno commendavere sepulcro.
Et quia pro Christo tantos perferre labores
100 Non timuit, Christi miseratio reddidit illi,
Quod meruit. Nam nos constanti mente tenemur
Credere, quod Karolus necnon Torpinus et omnes,
Quos Christus bello perimi permisit in illo,
Vivant cum Christo, morituri tempore nullo.

85 Turpinus PEd || **87** predictus Ed || **88** tempore : terrore L || **89** morte L | Karoli mortem PEd || **90** pondere : nomine L || **92** occubuit Ed | infra L || **95** nervis et : nervis quod P, et *om.* Ed || **97** ecclesia P || **101** mente : more Ed || **102** Turpinus PEd || **104** *titulum om.* P

bus. Karolus interpretatur lux carnis, quia omnes reges carnales post Christum luce omnium virtutum et sciencie et probitatis precessit. Turpinus interpretatur pulcherrimus sive non turpis, quia turpia verba et opera aliena 30 erant ab ipso. Sextodecimo Kalendas Iunii, illa die scilicet, qua de mundo ad Dominum transierunt, officium defunctorum, vigilia scilicet et missa *'requiem eternam'*, cum propriis obsequiis et horis debet celebrari non solum pro Karoli defunctis pugnatoribus, verum etiam pro hiis om- 35 nibus, qui a tempore eiusdem Karoli usque in hodiernum diem in Hyspania et in Ierosolimitanis horis pro Christi fide martirium sumpserunt. Quot et quanta Karolus pro animarum eorum salute die passionis eorumdem egenis iusserit impertiri, superius legendo fas est invenire. 40

Cap. XXXVI

Quid patrie Galecie post Karoli mortem acciderit, nobis est memorie tradendum. Cum igitur post Karoli mortem Galecie tellus per multa tempora requiesceret in pace, demonis instinctu surrexit quidam Sarracenus, Altumaior Cordube, dicens ⟨quod⟩ terram Galecianam et Hyspanicam, 5 quam Karolus ab antecessoribus (82v) suis olim abstulerat, ipse sibi adquireret, legibusque Sarracenis subiugaret. Tunc coadunatis sibi exercitibus multis terras huc illucque devastando ad beati Iacobi urbem pervenit et, quicquit in ea invenit, diripuit. Similiter basilicam apostoli- 10 cam indigne totam devastavit, codicesque et mensas argenteas, tintinnabula et cetera ornamenta ab ea abstu-

365 quod *om.* H, *addidi*

lit. Cumque Sarraceni ipsi cum equis suis hospitati essent, gens impia digestiones etiam super altare apostoli-
15 cum agere non timuit. Quapropter alii ex illis divina ulcione fluxu intestinorum interibant, alii vero oculorum lumina per basilicam et urbem ut ceci errantes amittebant. Quid plura? Hac egritudine idem Altumaior tactus et omnino excecatus consilio cuiusdam eiusdem basilice
20 sacerdotis cepit invocare Deum Christianorum in auxilium, hiis verbis dicens: "O Deus Christianorum, Deus Iacobi, Deus Marie, Deus Petri, Deus Martini, Deus omnium Christianorum, si me ad pristinam sanitatem revocaveris, Mahumeth deum meum abnegabo et ad eccle-
25 siam Iacobi magni rapine causa ultra non veniam. O Iacobe, vir magne, si ventri meo et oculis sanitatem dederis, quicquid a domo tua abstuli, reddam." Tunc post quindecim dies omnibus dupliciter ecclesie restitutis ad pristinam sanitatem Altumaior revocatus, a terra sancti
30 Iacobi recessit, promittens se non amplius venturum in horas eius causa rapine, et predicans Deum Christianorum esse magnum et Iacobum esse magnum virum. Postea vero horas Hyspanicas devastando pervenit ad villam, que vulgo dicitur Orzin, in qua beati Romani basi-
35 lica optima ac pulcherrima erat, palliis et codicibus optimis et crucibus argenteis et textis aureis decorata. Ad quam ipse Altumaior veniens rapuit, quicquid in ea invenit, et villam devastavit. Cumque in eadem villa cum suis exercitibus hospitatus esset, quidam dux exercituum eius
40 ingressus in eandem basilicam vidit columpnas lapideas pulcherrimas, que eiusdem ecclesie tecta sustentabant,

36 **13** ipsi] episcopi H ‖ **35** palleis H ‖ **38** villam H

que eciam in summitate deargentate et deaurate erant, et avaricie stimulis actus quendam cuneum ferreum inter bases eiusdem columpne et eandem columpnam infixit. Cum itaque cuneum illum malleo ferreo fortiter feriret 45 magnis ictibus, totamque basilicam destruere temptaret, divino operante iudicio idem homo in lapidem (83ʳ) vertitur. Qui eciam lapis usque hodie in effigie hominis in eadem basilica perstitit, habens talem colorem, qualem eiusdem Sarraceni tunica tunc habebat. Solent etiam pe- 50 regrini narrare, qui illuc causa precum tendunt, quod lapis ille fetorem emittit. Quod ut Altumaior vidit, ait domesticis suis: "Magnus est re vera et glorificandus Deus Christianorum, qui tales habet alumpnos, qui cum ab hac vita migraverint, tamen in vivos sibi rebelles ita se vindi- 55 cant. Iacobus lumen oculorum a me abstulit, Romanus de homine lapidem fecit. Sed Iacobus clemencior est quam iste Romanus. Iacobus enim oculos meos reddidit michi misertus, sed hominem meum reddere non vult Romanus. Fugiamus ergo ab his horis." Tunc confusus 60 abscessit paganus cum exercitibus suis. Nec fuit postea per multum tempus, qui beati Iacobi patriam infestare auderet. Sciant igitur se dampnandos in evum, qui eius tellurem amplius inquietaverint. Qui vero a potestate Sarracenorum illam custodierint, celesti munere remunera- 65 buntur.

54 ab hac] adhuc H ‖ **64** quo H

Cap. XXXVII

Iulius Cesar, ut traditur, tres gentes, Nubianos scilicet, et Scotos, et Conubianos caudatos ad expugnandum Hyspanorum populos, eo quod tributum ei reddere nolebant, ad Hyspaniam misit, precipiens eis, ut omnem masculi-
5 num sexum gladio interficerent, femininum tamen ad vitam reservarent. Qui cum per mare terram illam ingressi essent, confractis navibus suis ab urbe Barcinona usque ad Cesaraugustam et ab urbe Baiona usque ad montem Oque igne et gladio devastaverunt. Hos fines transire ne-
10 quiverant, quoniam Castellani coadunati illos expugnantes a finibus suis eiecerunt. Illi autem fugientes venerunt ad montes marinos, qui sunt inter Nageram et Pampiloniam et Baionam, scilicet versus maritimam in terram Biscagie et Alave, ubi habitantes castra multa edificave-
15 runt et interfecerunt omnes masculos, quorum uxores vi sibi rapuerunt, ex quibus natos genuerunt, qui postea a sequentibus Navarri vocantur. Unde Navarus interpretatur non verus, id est non vera aut legitima prosapia generatus. Navarri etiam a quadam urbe, que Nadaver dicitur,
20 prius nomen sumpserunt, que est in illis horis, e quibus primitus advenerunt, quam scilicet in primis temporibus beatus Matheus apostolus et evangelista sua predicatione ad Dominum convertit.

37 **6** cum *om.* H || **8** Cesaraugustum H

Excusacio actoris de impericia sua
et conclusio operis

Hoc opus exegi, summo sit gloria regi, 105
Auxilio cuius operis sum redditor huius.
Te precor, o lector, quisquis perlegeris istum
Exiguum librum, ne perturberis, in ipso
Sicubi reppereris viciosum vel rude dictum.
Nam quia materie seriem percurrere plano 110
Ordine proposui, verborum floribus uti
Postposui, quoniam simplex adtendat haberi,
Qui prodesse cupit lectori pauca scienti.
Et quia descripsi breviter tam nobile bellum,
Septima postremum concludat meta libellum. 115
Et quia gesta refert Karoli brevis iste libellus,
Imponatur ei proprium nomen Karolellus.

114 nobile bellum Hor. Ars 132

106 conditor Ed || **107** perlegerit P || **108** perturberis : dedigneris PEd || **109** sicubi : si quid PEd || **110** plano : glisco Ed || **111** postposui Ed || **115** *om.* Ed | concluda L || **116** refert : tenet Ed
Explicit iste liber, sit ab omni crimine liber
Et videat Christum, qui librum legerit istum. LP

INDEX PERSONARVM LOCORVMQVE IN KAROLELLO LAUDATORUM

Indicem confecit Andreas Bihrer